



1708.

1. Barth, Ioh. Henricus: *De principe dissimilata persona iherosolmæ exploratore.*
2. Beierus, Hieronim: *De correctione per admira-
torem*
3. Beierus, Hieronim; Far. jus. Ieramus: *Charismata
Irenaei Hempel ... lecture cursova specimen ...*
4. Brucknerus, Gottlieb Hieronymus: *De ambiguo, volumen
auditorium satagit.*
5. Brucknerus, Gottlieb Hieronymus: *De sculptura gratis
concedenda. & Saec. 1708, 1712, 1723, 1732.*
6. Friesen, Iohannes Bembartus: *De herede fiduciario absente*
7. Friesen, Iohannes Bembartus: *De dote confessata seu
canta*



1708.

8. Friesen, Jo. Berkhout: De pecunia hereditaria
9. Friesen, Jo. Berkh.: Invitatio ad lectionem in mag-
istram Jacobi Sappini.
10. Muellerus, Jo. Jacobus: De jure superiorum in iuramentis
inferiorum
11. Schrockenus, Jo. Christianus: De contentia confirmatio-
naria. 2 exempl 1708 p 1744.
12. 6 Slovogius, Th. Philippus: De actione imperiali vel
imperialis prærogativa. 2 exempl. 1708 p 1745
13. Slovogius, Th. Philippus: De citozacio requisitus et
efficacia
14. Skurius, Fridericus Gallus: De iuriis dictione prorogata
15. Wildoogelin, Christianus: De pecunia successoriae
2 exempl
16. Wildoogelin, Christianus: De factis speci . . . 2 exempl



5710

2, 228.
48.
DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS
DE
**SEPVLTURA GRA-
TIS CONCEDENDA,**

*Das die Begräbnisse / denen Rechten und der
Billigkeit nach / umsonst und ohne Entgeld ver-
stattet werden sollten/*

1708, 4°
QVAM,
FAVENTE DIVINO NVMINE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO DOMINO,
DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DUCE SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE AC MONTIVM,
ANGARIAE, VVESTPHALIAE QVE, &c. &c.

ILLVETRI ICTORVM ORDINE DECERNENTE,

SVB PRAESIDIO

D. GVILIELMI HIERONYMI

BRVCKNERI, ICTI,

*CONSIL-SAX. PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROV.
FACVLT. IVRID. ET SCABIN. ASSESSORIS.*

*DN. PATRONI AC PRAECEPTORIS AETERNUM DEVENERANDI,
PRO LICENTIA*

*SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORALIA LEGITIME CONSEQUENDI,*

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMISIT

IOHANNES HENRICVS HEVNISCH,

SVEOVVRTO- FRANCVS.

D. XI. FEBR. MDCCVIII.

HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS.

EDITIO IV.

JEN AE, TYPIS HELLERIANIS. 1723.



CHAP. I. A. C. S.
T. D. G. O. N. G. D. P. R. A. V. A.
C. O. L. C. H. A. M. I. O. M. I. O.
G. A. T. H. I. M. O. T. H. I. M. I. C. O.
D. E. C. H. I. M. I. C. O. T. H. I. M. I. C. O.
C. O. L. C. H. I. M. I. C. O. T. H. I. M. I. C. O.
A. C. H. I. M. I. C. O. T. H. I. M. I. C. O.
C. O. L. C. H. I. M. I. C. O. T. H. I. M. I. C. O.



Conspectus Dissertationis.

§. I. Cadavera hominum plerumque sepeliruntur, unde licet agitur de sepultura, §. II. Quoad sepulturam gratis concedendam iuris non distinguunt inter pauperes & divites, §. III. Nec inter proxime & remote conjunctas personas, §. IV. Nun præsens tractatio spectet ad JCtos? §. V. Lec 12. Tabb. de cadavere debitoris mortui, non solvendo existentis, improbatatur, §. VI. Jus civile multa continet in favorem sepulturae, §. VII. Maxime vero, quod cadaver non possit arrestari, nec ejus sepultura impediti, §. VIII. Sive hoc fiat ob debitum, sive ob aliam causam, §. IX. Hoc confirmatur ulterius, §. X. Creditores debitorum suorum sepulturam impedire prohibentur, §. XI. Etiam tunc, quando ipsi debitores hoc permiserunt creditoribus, §. XII. Nec valeret allegata conseruando in contrarium, §. XIII. Vecligal (Den Dodden-Zoll) non recte imponit & exigit Magistratus, §. XIV. Exceptiones referuntur, quibus sepultura potest impetrabiliter perpetuo vel ad tempus, §. XV. Pœna statuta contra arrestantes, §. XVI. Nec abrogata sunt pœnæ istæ, §. XVII. Nec iniustitiae accusande, §. XVIII. Argumenta contra sepulturam gratuitam solvuntur, §. XIX. Probatur e jure canonico gratuita sepultura, & speciatim e c. 12, caus. VIII. qu. 2. §. XX. Respondetur ad c. 70. caus. VII. qu. 2. §. XXI. Probatur iterum e c. 14. caus. XIII. qu. 2. §. XXII. Solvendum tamen est, quod defunctus hereditos injunxit pro loco sepulture, §. XXIII. Denou probatur per c. 9. X. de Simon, §. XXIV. Et per c. 42. X. de Simon, §. XXV. Et per c. 23. X. de sepult. §. XXVI. Objectiones e c. 42. de Simon. & c. 13. X. de sepult. adferuntur, §. XXVII. Ad illas responderetur, §. XXVIII. Continuantur id, §. XXIX. adhuc uberiorius §. XXX. Probatur per c. 29. de Simon, ubi queritur, an quis locum religiosum vendere possit? §. XXXI. Prohibitus juris etiam obligat Clericos & Scholarum Ministros, §. XXXII. Vecligal solvendum ob sepulturam est iniquum ratione mortuorum, §. XXXIII. Ratione vivorum mortuos lugentium, §. XXXIV. Maximus ubique & omni tempore fuit favor sepulturae, §. XXXV. Adeo, ut ipsi Papa nihil voluerint extorqueri ratione sepulturae, §. XXXVI. Non recte distinguitur inter divites & pauperes, cum inferat hoc magna incommoda, §. XXXVII. Exalatio parit odium clericorum & scandalum, §. XXXVIII. Ad dubia responderetur, §. XXXIX. De concionibus funebribus quedam notantur.





PRÆFATIO.



Ulemadmodum usum rei salutarem semper abusus comitari solet, ita idem fatum civiles ac canonice constitutiones, de sepultura hominum salubriter disponentes, dudum eheu! sunt expertæ. Annon enim maximi sumptus, in sepeliendis hominum cadaveribus necessarit, quos quidem non leges, sed vita hominum introduxerunt, multis afflictis gravissimam addiderunt afflictionem? Prostant exempla, ubi viri quoque locupletes per impensas in pepla, vestimenta & alia signa funebria proximis cognatis, famulis &c. offerenda, it. in conciones funebres, laudationes, convivia, comitatum, pulsū companiarum &c. ad incitas s̄epe sunt redacti, pauperum vero, ipsius Christi personam secundum Matth. 25. representant.

sentantium, funera propter defectum mercedis de-
tenta, & donec miseri relicti pecuniam mendicando
conquirerent, inhumanius extra sepulturae locum
sunt deposita, more montis Pessulan, de quo in cap.
13. X. de sepult. in usum revocato. Licet vero
multi summorum Imperantium per peculiares con-
stitutiones ad exemplum Syracusorum, de quibus
Diodor. Sicul. apud Tholosan. Syntagn. juris
univers. lib. 2. cap. 14. num. 17. hisce impensis mo-
dum posuerint, raro tamen istarum constitutionum
ob varias causas fuit executio, sed potius sumptus
magis magisque auctos esse, variorum locorum com-
probatur experientia. Cum vero talia doctrinae de
bonis operibus ab optimo Servatore in sacro codice
toties nobis inculcate, nequaquam convenient, sed
potius inhumanitatem legibus improbatam &
Simo niacum crimen, canonum jure notatum, sapient,
operae pretium esse duxi, si non minus e Jure Civili
& Canonico, quam sana ratione ostenderem, sepul-
turam gratis esse concedendam; quod ut feliciter
succedat, divinum imploramus auxilium; Regat
nos Almius Parenz Spiritu suo Sancto per Iesum
Christum! Amen.

*Cadavera
hominum
plerum-
que sepeli-
mus, unde
hic agitur
de sepul-
tura.*



Uid sub sepultura antiquitas comprehendenterit, *Gerhardus in loc. Theol. de morte*, *Gyraldus de vario sepeliendis ritu*, *Kirchmannus de funeribus Romanorum*, *Guberius de jure manum*, aliquae erudite exponunt, quæ quidem hodie penitus fere apud Christianos ab usu recesserunt. Neque enim cadavera hominum, rogo imposita, amplius concremantur, prout de hoc more, apud Romanos maxime usitato, cap. 2. de legibus differit *Cicero*, nisi quod in criminibus atrocioribus, ad terrorem alii incutiendum, corpora maleficorum interdum comburi soleant. Multo minus cadavera in cineres redacta amplius deglutimus, prout notabile exemplum de Artemisia, Regina, quæ amoris affectu erga maritum, Mausolum, ducta cineres ejus intermixto vino imbibit, recenset *Gellius Noct. Attic. l. 10. c. 18.* Neque etiam cadavera canibus objiciuntur, prout de pessima hoc more apud Medos olim recepto testatur *Eusebius de prep. evang. l. 6. c. 8.* Comprehendimus igitur hoc loco voce sepulturæ quaslibet Ceremonias & solennitates, quæ hodie circa humationem mortuorum adhiberi solent, & quarum exempla in epulis feralibus, fasciis, sericis, vestibus funebribus apparent.

Quoad sepultu- Cum vero sepulturam in rubro hujus Dissertationis gratia concedendam esse, dicatur, dubitari omnino posset, an illud generaliter de omnibus hominibus, num vero saltim de conceden- pauperibus sit intelligendum? Evidem, cum eadem ratio dam jura in divitibus, quæ in pauperibus, non obtineat, insuperque non di- illi, sumptibus funeralium licet expensis, tantum relinquant, ex finguunt quo hæredes commode se sustentare queant, pauperes vero inter pau- vel parum vel nihil in bonis habeant, misericordia & gra- peres & tia utique digni, de solis pauperibus dissertationem nostram dimitte.

loqui

loqui videri posset. Enimvero quoniam talis distinc^{tio} in doctrina de Sepultura multa quoad forum externum parit incommoda, (cum pro ratione circumstantiarum difficile sit determinare, quinam præcise dicantur pauperes, qui divites, & illi sepe nolint patefieri suam inopiam, quæ tandem esset jurejurando confirmanda, unde occasio præberetur perjuris,) recte Legislator^es ad illa evitanda non introduxerunt discrimen hoc quoad sepulturam, sed generaliter constituerunt, ut nullum impedimentum poneretur his, qui cadavera suorum terræ mandare volunt, & hanc in rem præceperunt, ut nec pro loco sepulturæ, postquam cœmeteria & communia dormitoria invaluerunt, quicquam exigeretur. Jam ubi leges optimis nixæ rationibus non distinguunt, nostrum quoque non est distinguere & leges generaliter conceptas perperam limitare *Cardinal. Tuscb. i. concl. 133. n. 6.* *Barboſa in Thesauro Lœt. Commun. lib. 4. cap. 37. voce: Distinc^{tio}, axiom. 1.* ubi plures hanc in rem allegatae leges & DD. reperiuntur.

§. III.

Porro quia in hac materia neque inter proximas con- *Nec inter
ianetas personas (quorū parentes, liberos, & conjuges proxime
referimus) & collaterales distinguunt leges, nos quoque non & remote
distinguimus.* Quamvis enim inhumanius sit illis, tanquam *conjun-*
affictissimis, majorem afflictionem addere, non tamen quoad etas per-
collaterales res quoque inhumanitate careret, cum defun-sonas.
Eti interdum nulla bona relinquunt, & cognati egestatem demortui manifestare nolint, quod quippe jam Romanorum temporibus ignominiosum reputabatur; hinc tali casu servi hæredes necessarii constituebantur. Imo, cum collaterales, hæreditatem defuncti, quam forte exiguum & fere nullam relinquunt, repudiante suis sumptibus istum terræ mandare non cogantur, facile fieri posset, ut defunctus plane insepultus relinqueretur.

§. IV.

Num pre-
Expositis iis, qua ad intellectum rubricæ faciunt, merito sens tra-
primum ita-

itio spectet primum hic tractamus quaestione, an materia de sepultura
 ad J. C. nos sit tractationis, vel, an illa potius ad forum Theolo-
 gicum pertineat? Evidem existimare quis posset, nos fal-
 cem in messem alienam mittere, eo quod 1. multa in hac dis-
 sertatione ad probandas assertiones nostras non tantum ex
 jure civili & canonico, sed & Scriptura Sacra adferamus,
 cuius tamen explicatio ad Theologos spectat, 2. quod doctri-
 na de sepultura ad locum de morte pertineat, circa quem non
 tantum Gerhardus, sed & alii Theologi passim vel in Syste-
 matibus suis, vel in compendiis, & in specie Theologus
 Wittebergensis, Quenstedius peculiari libro, de Jure Sepul-
 turae, nec minus S. S. Patres Augustinus de cura pro mortuis
 facienda, Ambrosius aliisque materiam hanc prolixè pertracta-
 runt. Sed quia Theologi pro fine habent, ut perveniat homo
 iuxta dictum revelationis divinae in Scripturis Sacris nobis
 facta ad salutem aeternam, JCti autem intendunt secundum
 leges prescriptas administrare iustitiam, ut suum cuique tribu-
 endo tranquillitas & felicitas Reip. obtineatur, legibus divinis
 utiuntur Theologi & JCti, quilibet ad suum finem consequen-
 dum, & cum Christiani considerare debeant Resp. non ab-
 solute, sed quatenus DEO subordinantur; non minus Legis-
 lator in jure condendo quam JCtus in explicando & appli-
 cando illo respicere debet ad Leges divinas, ut per has data
 occasione confirmet iustitiam legum suarum, nec temere
 contrarium quid divinis admittat. Hinc nec Ius canonicum
 totum, nec civiles omnes leges, praesertim Codicis, ubi Papi-
 zare deprehenduntur, de quo scriptor Pontificius, Cornelius à
 Rynthelem in suo Jurista Romano-Catholico legendus, recipi-
 mus, sed potius illas secundum jura divina, que JCti nostri
 pro fundamento presupponunt, examinamus, cuius rei e-
 exemplum nuper in sectione nostra cursoria ad ad l. 4. §. 3. n.
 de condit. ob turp. vel injuri. caus. dedimus. Licit itaque Ger-
 hardus, Quenstedius aliisque hanc materiam de sepulturis per-
 tractaverint, eo ipso tamen tractatio ista JCtis non potest esse
 prohibita. Ita non tantum in Decretalibus, sed & Clementinis
 ac

§ (9) §

ac Extrav. Comm. habemus titulum de *sepulturis*, & in Decretis
caus. 13. qu. 2. canones multi agunt de jure funerandi. Imo
cum saepius contingat, ut funus a creditoribus arresteretur, do-
nec certa pecunia summa fuerit soluta, & in qua classe sum-
ptus funeris sint locandi, admodum disceptetur, oppido tali
casu ad jura civilia est recurrendum, ubi non tantum in Pan-
deictis, sed & in Codice nostro integros titulos de religios. &
sumpt. funer. habemus proditos, quorum tractatio non potest
non ad Jctos pertinere.

§. V.

Evicta itaque nobis de jure sepulturæ tractandi potestate, Lex XII.
sententiam nostram ex jure civili primo dabimus probatam. Tabb. de
Equidem ex lege XII. Tabularum debitor, qui non solvendo *cadavere*
erat, corpore liebat, adeo, ut eo mortuo corpus creditoribus debitoris
daretur in partes dissecandum & distribuendum. *Winck-mortui,*
ter de princip. jur. l. 2. c. 4. p. 191. & seqq. D. Thomas. de Nev. non sol-
jurispr. Rom. p. 172. Gell. Noz. Attic. lib. 2. c. 1. ita Stephani in vendo ex-
commende. ad Norell. 60. n. 2. afferit: acerbi creditors; huma- ifenit,
nitatis expertes, non solebant parcere debitoribus, etiam animam a improba-
gentibus, immo nec a defunctis vim abstinebant, quasi de corio illo tur.
rum sibi persolviti postulantes; nam importunissimi exadatores crediti
lethaliter decumbentibus imminere solebant, ingredientes in debito-
rum domus sine autoritate judicis, & signacula bonis imponentes,
quoad suum fuissent consecuti, cum tamen cuique domus sua
turissimum refugium atque receptaculum sit per l. 8. m. de
in jus vocand. l. 23. D. de injur. Quod autem veteres durissi-
mam hanc legem introduxerint & creditoribus potestatem
discindendi corpora defunctorum concesserint, procul du-
bio hanc ob causam factum est, ne luxui, ignavia aliisque
vitiis dediti malitiosique bonorum decoctores, sine justa causa
ex alienum temere contrahentes, aliosque decipientes impune
hoc ferrent, & ut a conflatione hac absterrentur, videntes, se
mortuos quoque severissima poena esse afficiendos. Cum ve-
ro Reipublicæ intersit, mortuos sepeliri, & publica utilitas
preferenda sit utilitati privatorum arg. l. i. de solut. matrim.
infuper-

insuperque processus ille acerbissimam vindictam, juri nostro
civili admodum improbatam, saperet, dura atque crudelis
lex ista vel desuetudine abolita, vel existimante Gudelino de
jur. noviss. lib. 4. cap. 16. vers. extrem. nusquam in usum de-
ducta fuit, quanquam alii istam per legem Periliam Tribunit.
ann. mrb. cond. 427. expresse sublatam esse contendant, vid. D.
Georg. Beyer. in delin. jur. civil. tit. de cess. honor. p. 671. Quin-
imo jam antea lege Julia debitores sine dolo malo obserati,
beneficio (quod tiebile atque calamitosum a Sacratissimo Im-
peratore Justiniano, in l. 7. & 8. C. qui bon. eed. poss. appelle-
atur) illo, etiam vivi fruebantur, ut cedendo bonis a car-
cere aliisque molestiis se liberare potuerint, licet cesso ista
bonorum multis in locis Germania iterum desuetudine in-
tumbrata, & incarcерatio debitorum (Germani dicunt, in den
Schuld-Thurn werssen) sit recepta, vid. Hahn. ad Wesenb. tit.
de cess. bon. p. 74s.

§. VI.

Jus civile multa coninet in favorem sepulturae. Sane, si leges nostras civiles respiciamus, multo benignio-
ra pro favore sepulturae deprehendemus constituta. Ita fa-
vorabile oppido est, (1) quod secundum Norell. iij. c. 5. cre-
ditores non possint intra 9. dies haredes defuncti propter de-
bita contractu molestare, (2) quod locus in quem cadaver vel
saltim caput inseritur, religiosus fiat, lib. 2. Inst. tit. 1. §. 9. (3)
quod cadaver in alienum sepulchrum illatum non debeat pro-
pria autoritate ejici per l. 8. pr. de relig. & sumpt. fun. l. 39. cod.
& possessor sepulchri contra l. invitum C. de C. E. V. invitus
sepulchrum vendere cogatur, (4) quod creditores funeris in
primam classem sint locandi. Lauerbach. tit. de concars. cred. (5)
quod in jus vocari non possint, qui funus comitantur per l. 2.
in fin. & 3. de in jus vocand. (6) quod summariter in causis fu-
nerum procedendum, arg. l. 43. de relig. & sumpt. fun. neque
(7) appellatio sit concessa per L. fin. C. de appell. Lauerbach.
compend. digest. tit. de relig. & sumpt. fun. p. 164, quod tamen cum
D. Stryckio in notis de effectu suspensivo, non autem devolu-
tivo est intelligendum, (8) quod donatio simplex, alias inter
conju-

§ (ii) 5

conjuges invalida, ad sepulturam facta sustineatur, l. 5. §. 8.
et de don. inter V. & VI. (9) quod injuria fiat cadaveri, si deti-
neatur per l. 6. C. de sepulchr. viol. & heredes injuriam defun-
cto illatam possint vindicare.

§. VII.

Maximus vero favor præ recentis procil dubio in eo *Maxime*
consistit, quod tam severe in jure prohibetur, ne funus de- *verō*,
functi detineatur. Vocari solet is actus, quo sepultura inhi- *quod ca-*
betur, donec debitum, pensio, vestigia, aut tributum solva- *daver non*
tur, *arrestatio*, vulgo die arrestierung auf der Todten- *Bahr, possit ar-*
de qua videri potest Peckius de jure s̄istendi c. 5. n. 23. p. 84. 85. refari,
ubi præter alia scribit: *si affines, sidejūssores & heredes defuncti nec ejus*
a tempore mortis debitoris iurā 9. dies (hodie in praxi intra sepultura
mensēm, teste D. Stryckia ad Lauterb. 295.) proper debita à impediri.
creditoribus molestari non possunt per l. fin. C. de sepulchr. viol. cer-
te nec corpus detineri potest, quia alias, quod una via denegare-
tur, altera concederetur, scilicet detinendo corpus defuncti propter
debitum defuncti, quod ab heredibus vel sidejūssoribus ejus salven-
dum erit. Sed non opus est, ut cum Peckio hoc per conse-
quentiam ex l. fin. C. de sepulchr. viol. deducamus, cum illud di-
recto & expressis verbis in dicta lege habeatur, nescilicet ob
debita defuncti sepultura ejus impediatur; eo ipso enim,
quod corpus mortui detinetur, sepultura ejus impe-
ditur.

§. VIII.

Sane, si inscriptionem Novell. 60. evolvamus, sa- *Sive hoc*
luberrime dispositum reprehendemus, ne defuncti vel fu- *siat ob de-*
nera eorum injuriari debeant; jam vero injuriam fieri cadaveri, *bitum, si*
si detineatur, in §. VI. per l. 6. C. de sepulchr. viol. diximus, & ve ob
clarissima sunt, qua in cap. i. §. i. cit. Novell. adferuntur, quod *alam*
nempe moriente quodam, si circa funus morientis aliquid *causam.*
peccetur, exequias impediendo, gravissima pena, de qua infe-
rius agetur, locum habeat; qua verba, quippe generalissi-
ma, non tantum de creditoribus, sed omnibus, qui circa fu-
nus morientis aliquid committunt, quod exequias impedi-
re potu-

potuisset, sunt intelligenda, neque in hac Novell. distinguitur, (ut aliud in hoc, aliud in illo causa sit observandum) an impediens Magistratus sit, an subditus, an clericus vel laicus (ita enim vulgo loquuntur) justa ne gaudeat prætensione, vel non, utrum pauper vel dives sit, an defunctus malitiose bona dilapidaverit, an sine culpa ad paupertatem sit reductus.

§. IX.

Hoc con- Eo ipso autem, quod indistincte detentio atque ar*firmatur* restatio cadaveris defuncti debitoris in hac Novell. interdicta *alterius.* reperitur, illud, quod supra in §. 2. de distinctione inter divites & pauperes præmisimus, probatum dedimus; si vero credidores, justa etiam prætensione innitentes, sepulturam defuncti, bona licet malitiose decoquentis, impedire non possunt, propter verb. cit. *Nov. cap. 1. pr. actione quidem modo omnibus cadat, seu justam habeat hanc, seu non,* multo minus impedire possunt, qui nullam actionem adversus defunctum habuerunt, v. g. Magistratus, si defunctis vellet tributum imponere, antequam terra mandarentur, pendendum, vel si clericus quidam (cujus rei exemplarius canonicum sicut, de quo infra) funus defuncti detineret, donec pensionem certam pro officio locove sepultura accepisset. Obstatore his videtur l. 37. de relig. ubi sequentia leguntur verba: *Si quae vestigalia sint, vel sarcophagi & uestura, quicquid corporis causa, antequam sepeliantur, consumptum est, funeralis impensam esse existimo;* ex quibus cognoscimus, ad funeralium sumptus referri vestigalia. Licit *Cujacius lib. XI. observ. 21.* recte per vestigalia intelligat ea, que in itinere praefstanter, dum corpus ex uno perfertur in alium locum, non tamen subscribere possum mutationi textus, (in quam pro more suo pronus & facilis est) dum pro uestura legendum esse putat vestiaria; eo ipso enim, dum Cujacius agnoscit, quod corpora sape de uno loco in alium fuerint translata, uestoribus pro labore suo (vestitura) promissa merces utique solvi debuit, sicuti hodie bajulis (denen Leichen-Trägeri) certum quid pro labore praestatur. Vestigalia illa, que

que olim in translatione cadaverum pendi debebant, fuisse abrogata, idem Cujacius probat l. ult. C. de religios. de qua refert, quod bac lex in Latino Codice desideretur, sed restet in Graecis quicquid sit de hoc, dum D. Severus Editio suo mandavit: Ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri l. 3. §. 4. de sepulchr. viol. (idem continetur l. 38. de religios.) simul prohibitum esse videtur exigere vextigal, qua exactione detinetur maxime cadaver, & per vessigalia in supra citato textu intelligi etiam possunt ea, qua vel de facto extorquentur, vel postulantur in locis Romano Imperio non subiectis, per qua corpora transfruntur.

S. X.

Quantumvis itaque debitor, non exsoluto prius ære aliæ. Creditorno, mortem obierit, neutquam tamen defuncti cadaver à cre- res debitoribus hodie sequestrari & arrestari, multo minus in partes torum discindi poterit, per l. cum sit injustum 6. cum auth. seq. C. de se- suorum pulchr. viol. conf. Nov. 60. c. r. cum totius Reipublicæ interfit, sepulchra corpora defunctorum quam citissime terra mandari, ne cada- ram imper- vera mortuorum fatorem excitent, ac pestem aliosque mor- dire pro- bos causentur arg. l. 3. §. dives π. de sepulchr. viol. conf. Ripa de libentur pelle, quem integrum legere non pœnitentib; & Jurispruden- tia in eo, quod cadavera sine obstaculo in memoriam humanæ conditionis (quoniam nihil magis convenit humanitat, quam hominem humo, à qua venit & dici sivevit, mandari, seu hu- mari) sepeliri jussit, natura, verecundiae & salubritati consulere voluit, l. quidam in suo 27. D. de condit. Inf. vid. Mep- de arrest. cap. 8. n. 225. 226. pertinet huc prejudicium Scabino- rum Lipsiensium apud Carpovium part. 1. confit. 30. def. 22. his- ce verb. Ist euch Christian Oberschmid 106. Gulden zu zah- len schuldig worden, ehe und zuvor aber die Zahlung erfolget, ist er todes versfahren. Wenn er nun gleich mit noch mehrern Schulden verhaftet, und nicht so viel nach sich verlassen, davon alle Glaubigere befriedigt werden können, so waret ihr doch die Leiche zu kummern, und dadurch sein Begräbniß zu hindern,

B. 3. DISV. HILDEB. nicht



nicht besugt &c. Licet vero eo ipso interesse creditorum pericitari videatur, utilitatem tamen singulorum publicæ cedere debere, supra diximus, & jus creditorum per mortem defuncti non aufertur, sed tantum differtur, cum sepulto debitore creditoribus integrum sit, actionibus congruis suum post 9. dies (hodie mensem) ab hæredibus repetere.

§. XI.

Etiā Sed quid? si in instrumento debiti partibus placuerit, ut tunc, liceret funus defuncti impedire, & ne ante solutionem credi quando i- tori factam sepeliretur? Resp. talis conventio non debet ad pti debito effectum perdici; nam turpis est, & contra honestatem pu- res hoc blicam, bonisque moribus contraria, idque procedit, etiam si permis- instrumentum guarentigiatum publicum adsit; ut ut dissentiat runt cre Angelus ad Nov. 60. vid. Coler. in proceſſ. execut. c. 3. num. 410. ditoribus. Sonnem. ad Novell. 60. cap. 1. Mevius in tratt. de Arrest. cap. 8. num. 228.

§. XII.

Nec valeat Alium casum in tr. de Arrest. Imp. p. m. 269. cap. XI. num. allegata 28. & 29. proponit Gailius, si Consuetudo quorundam locorum (cujus sententiae autores nonnullos praticos dari, afferit Mevius cap. 8. num. 230.) admitteret, corpus mortui debitoris posse arrestari & impediri, ne efferatur atque sepulturæ man- detur, prius quam hæredes alienum defuncti solvissent; Ubi Gailius sic sentit; *Hac consuetudo in crudelitate Legis XII.* Tabb. rationem fundare videtur, ubi persidi debitoris cadaver creditoribus lacerandum tradebatur. Dicendum, talem consuetudinem crudelitatis plenam esse, & ideo non valere, cum hoc cognominium & ab omni humanitate alienum sit, adeoque publico interfit, *Vestigal* non minus mortuos sepeliri, quam vivos conservari. Sed forte hac (ben)od. de re infra pluribus agendi erit occasio.

temp. Boll. §. XIII.
non recte Vestigal ratione mortuorum (quod vocatur der Todten imponit Boll) de Jure Romano exigim non posse, supra vidimus. Klockius & exigit in Tract. de Aerario lib. 2. c. 48. vestigal pro sepultura acceptum vocat derestandum, quod per totum illud caput, cui sequentes premissit versus:

Eft

Et detestandum vectigal nomine busiti

Acceptum, GRATIS nam SEPELIRE decet.

Communis mater tellus est, quemcunque reponas.

GRATIS ingremio matris ubique fave,

pluribus rationibus confirmare nititur. Non tantum autem in loco, ubi mortuus est terrae mandandus, de Jure Romano pro sepultura nihil est exigendum, sed & in locis illis, per quia cadaver transfertur, nullum vectigal extorqueri debet. Quamvis enim Imperatoribus & magistratibus, per quorum territoria transitur, denuncatio prius sit facienda (cum clandestinus transitus multa parere queat incommoda) non tamen detineri debere corpora, multo minus vectigal exigi per l. 3. §. 4. de sepulch. viol. l. 38. de religios. & peculiarem constitutionem (a Cujacio restitutam) in l. ult. c. eod. supra ostendimus. Ereptione vectigalium ad Majestatis jura referuntur in l. 10. pr. m. de publican. vectigal. & commis. neque minori Magistratui sine concessione superioris illa imponere licet. In Capitulationibus Imperat. peculiariter cautum est, quod Imperator non debeat vectigalia augere, nec nova instituere absque consensu Eleitorum. Myler. de Princ. & Statib. imp. part. 2. Cap. LXIV. §. 3. ita ut nec majora vota amplius sufficere possint, sed unanimia requiri per novissimas capitulationes, Leopoldinam & Josephinam placuerit. vid. D. Schweder. Intr. in jus publ. part. spec. sect. 1. cap. 20. §. 3. Si igitur Imperator ipse pro libitu nova vectigalia erigendi potestatem non habet, multo minus inferiores ab Imperatore dependentes facultatem hanc habebunt, praesertim de mortuis non licebit tributum (in jure tam odiosum) exigere. Peckius de jure sacerd. cap. 5. §. 23. refert, quod hodie multi Pastores rusticani cadaver in quoque pago, per quem transfertur, tamdiu arrestare soleant, donec ipsis pro jure pratenso aliiquid solvatur; Existimo vero, inquit, hunc errorum & abusum ex pietate ortum esse; sicut semper humanarum rerum hac vicissitudo fuit à condito mundo, quod optima quoque per abusum corrumperentur paulatim ad pravitatem. Videntur enim olim homines religione atque pietate dulci, in singulis Ecclesiis pagorum,

gorum, per quos cadavera deferebantur ad locum sepelitionis mortuos depositisse, donec Pastores illic cum Clero preces suas ad Dominum effudissent pro defunctis. Sed cum hac pia consuetudo tantum fuerit voluntaria, ad necessitatem vel ius trahi non potuit, & ea, que sunt mere facultatis, non prescribuntur.

§. XIV.

Excep- Contra ea, qua hactenus dicta sunt, de non definendo
tio-
nes ref-
cadavere, & impedienda sepultura, fiunt a DD. exceptiones
re-
runtur, sequentes (1) in usurario manifesto, cuius corpus ecclesiasti-
quibus se-
quis judex arrestare potest, donec illius haeres caveat de restitu-
pulura-
pulura endis usuris, quam sententiam fovent Maranta de ordin. judic.
potest im-part. 4. dist. 11. & Meyius de arrest. cap. 8. n. 229. p. 114. & quam-
pediri, vel vis Meyius nullo nec juris civilis nec canonici textu exemptione
perpetuo, nem hanc stabiliat, tamen illa ex cap. 3. X. de usur. colligi pos-
vel ad
tempus, se videtur. (2) Si nempe inter nobiles funera aliquandiu in loco
alieno deponuntur pro certo locario, donec sepultura fiat, tunc con-
que impune decineat cadaver, donec illud solvatur, nam hic ratio-
cessat, que panam confitui effectit; ut loquitur Meyius dist. loc.
conf. Henricus Hahnus ad Wesenb. iii. de relig. & sumpt. funer.
n. 5. infin. (3) In illis, qui sibi ipsis manus violentas inferendo
mortem obierunt; nam horum cadavera, ad deterrendos alios
a tali facinore, sepe abjecta, & insepulta relictâ memorat Grot.
de Jure Belli & P. lib. 2. c. 19. §. 5. conf. Notas Tesmari ad hunc
locum. (4) Si qui delinquentes confessi aut convicti mori-
untur, aliquando rotæ ob crimen atrocissimum corpora impo-
nuntur Heig. p. 2. qu. 37. n. 32. Clar. in pract. crim. §. ult. qu. 51.
Carpz. Confess. Jurispr. lib. 2. def. 379. 380. (5) Quando Reip.
interest, ut corpora mortuorum ante sepulturam prius secen-
tur, quod fit, si vel quis vulneratus obiit, ubi ante inspectio-
nem a magistratu, qui jurisdictionem habet criminalem, fa-
ctam, & dijudicationem à Medicis & Chirurgis institutam, u-
trum vulnus sit lethale, an non, corpus detineri potest, ut non
statim terra mandetur, vel suspicione veneni quis extinctus
est, vel alijs subiecti violentæ mortis metus, vel gravante peste
aut morbo contagioso explorari debet, num quis ex contagio
vitam

vitam finierit, vel si alia ratione Reip. utilitas requirat, ut corpora Anatomiz tradantur vide Speckban. cent. i. qu. 3. Alia adhuc (6) exceptio in l. 2. π. de mortuo infer. quæ à Numa Pompilio lata censetur, contineri videtur de gravida atque prægnante muliere, quam lex regia negat humari, antequam partus ei excidatur. Hinc ille non incidit in edictum de mortuo inferendo, neque pœnas juris civilis incurrit, qui vetat ejusmodi cadaver inferri, priusquam partus excidatur, Wefenb. ad π. tit. de relig. & sumpt. funer. n. 3. imo, qui prius humat, quam partus excidatur, perimere videtur per cit. l. 2. add. Gothofredum in not. ad hanc legem.

§. XV.

Consideravimus hæc tenus, quantum favorem in jure ci-
pœna statuta habeat sepultura, adeo, ut nec ob aliæ alienum, nec facile tuta con-
ob aliam prætensionem impediri possit: consequens est, ut pœna tra arre-
nas, quæ isto jure in impios arrestantes sunt constituta, subjici-
stantes.
amus, ex quibus quippe clarissime patebit, quæ topere jura se-
pulturam promotam velint; neque enim ulli fere delicto pœ-
nam corporis afflictivam non inferenti tam variae & graves in
jure civili pœnae sunt constituta, quam funeris arrestationi. E-
quidem in l. ult. C. de sepulchr. viol. pecuniaria pœna à Justiniano
statuta erat adversus turbatores funerum, ita, ut 50. auræ libras
solvere, aut in ære non habentes corpore luere cogerentur,
restituta pecunia ob impeditam sepulturam extorta, cautionibus,
pignoribus ac fidejussionibus plane invalidatis. Sed, ut homines à tam immani delicto eo magis absterrerentur, suc-
cessor Justinianus pœnas, a patre suo (scilicet adoptivo) in
l. ult. C. de sepulchr. viol. constitutas insigniter auxit in Novell. 60.
c. 1. ubi dispositus, quod ille, qui exequias prohibet, 1. jus suum,
quodcumque demum sit, amittat, 2. quod tantundem aliud resti-
tuere cogatur, 3. quod tercia pars bonorum suorum confiscetur,
4. quod infamiam juris incurrat, 5. quod hæredes defuncti a-
ctione injuriarum convenire & ad interesse agere possint ad-
versus impedientes, 6. quod judices (sive civiles, sive militares)
nisi officium suum interponant, quo minus funus ad requiem
dedu-

C

deduci queat, 30. auri libras in pœnam solvere debeant. Qui-
cunque igitur cadaver defuncti detinet, ejusque funus impedit,
hac pœna dignus est, sive clericus pro officio sepulturæ aliquid
exigat, sive Magistratus propter vestigia præsumptum corpus ar-
rester; hanc enim Novellam generaliter & indistincte conce-
ptam esse, supra diximus, neque hæc constitutio solum in urbe
Constantinopolitana, verum etiam per totum orbem Roma-
num, ceu ex contextu liquet, est servanda.

S. XVI.

Nec abrogata sunt pœna Hasce vero pœnas, licet gravissimas, abrogatas esse, nun-
quam probari potest, neque officit, quod si prius funera, donec
certa pecunia fuerit soluta, detineantur, nec tamen præscriptæ
pœna imponantur; nam ex eo abrogatio inferri non potest.
Ita Judice ex imperitia male judicante, raro actio de syndica-
tu instituitur, cum omnes à judicibus sibi metuant, neque ta-
men illa uspiam legitur abrogata. Sufficit itaque, quod ha-
redes jus habeant, ad pœnas modo recensitas agendi, qui
quidem nec huic favori propter interessus publicum simul con-
currans simpliciter renunciare possunt, cum confiscatio ter-
tia partis bonorum arrestantis ad illum pertineat, qui jura fisci
exercet. Igitur vel metus erga Magistratum, vel prava conse-
zudo, vel ignorantia juris sui, vel aliud quid in causa sunt, quo
minus ad pœnas in d. *Nov. 60.* contentas agatur, quamquam
judices quoque officium suum interponere deberent, cujus
quippe neglectus pariter pœna pecuniaria 30. auri marca-
rum (hodie fortassis arbitraria) in cap. alleg. Novell. coer-
cetur.

S. XVII.

Nec iniuria acescenda. Neque vero haec pœna, quas §. præcedenti indicavimus,
ullam in injustiam sapiunt, licet enim durum videatur, credito-
res aliosque propter exhibitum beneficium damnum sentire, ac
ipsius fama, (q̄rē pari passu cum vita ambulare dicitur, arg. l. 9.
pr. 2. de manum. vindict.) dispendio puniri, tamen hic nequa-
quam dici potest, quod creditores aliquie impeditentes ob-
commodum debitoribus collatum damnum patiantur, sed
propter

propter perpetratum delictum, dum jus sicut non legitimō modo & per juris viam quāsiverunt, sed judges in propria causa extitere. Pertinet huc l. 13. n. quod met. caus. cuius verba hoc conducunt: optimum est, ut, si quis putas te habere petitio-nes, actionibus experiaris, non solum vis est, si homines vulneren-tur, vis est tunc, quoies quās id, quod deberi sibi putat, non per ju-dicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam de-bitoris vel pecuniam debitam non ab ipso sibi sponte datum sine ullo judice temere possidere, vel accepisse, isque sibi jus in eam rem dixi-
se, jus creditū non habebit. Cū accedit, quod damnatum, quod quis sua culpa sentit, non sentire videatur l. 203. n. de R. J. & cap. 86. de reg. jur. in 6. Imo audiamus Imperatorem in fine pr. cap. i. Novell. 60. ita differentem: Qui hominis naturam non erubuit, dignus est, & pecunia, & gloria, & aliis omnibus condemna-ri. Que verba Imperatoris Stephanus in comment. ad d. No-vell. ita egregie interpretatur, quasi dicat: non est homo censem-dus, nec potest satis puniri, qui videns, proximum suum D E O red-diisse animam, inscius, qua hora & ipse vocabitur, & interim tamen audet, cadaver vel nomen defuncti lacefere, que verba pie atque considerate prolatā verum Stephani christianismū de-monstrant, quem laici omnes, multo magis clerici, sequi deberent.

S. XVIII.

Duo adhuc restant argumenta, quæ sententiæ nostræ de Argumen-ta sepultura gratis concedenda, adversari videntur. Primum ex ta contra ipso titulo Pandectarum de religiosis & sumptibus funerum de sepultu-promi posset; eo ipso enim, quod de sumptibus funerum in ram gra-jure civili agitur, haud difficulter colligitur, quod sepultura tūtam hominum non gratis fiat, sed sumptus ad illam requirantur, solvantur. hinc actio quoque funeralia (admodum privilegiata) illis com-petit, qui expensas in funus suppeditarunt. Lauterb. ad n. tit. de relig. & sumpt. p. 164. Secundum argumentum in Novell. 59. cap. 2. continetur, ubi expresse certa pecunia Decanis, A-sceterii, canonicis & acoluthis pro curatione funerum asfi-gnatur. Sed ad i. argumentum respondemus, quod in alle-gato

gato titulo *de sumptibus funerum*, non intelligentur tales expensæ, quæ tanquam certum ac determinatum tributum solvi debent; & sine quibus cadaver plane sepeliri non potest, sed potius de illis expensis agitur, quas defunctus hæredibus in funus suum facienda injunxit, *Novell. 22. cap. 2.* quod tamen de modo justo est intelligendum; nam si testator in iustum sepe liendi modum præscribat, ejus dispositio non est observanda, v.g. Si ægrotans desideret, ut reliquia sua post mortem in mare abijciantur *per l. 27. n. de condit. Inflit.* vel si testator hæredibus mandaverit, ut ornamenta cum cadavere suo condi debeat, *per l. 14. §. 5. n. de relig. & sumpt. fun.* ubi simpliciores hoc facere dicuntur. Vid. quæ *Gerhardus l. c. num. 82.* prolix contra hunc luxum disputat. Dein intelligentur in isto titulo per sumptus illi, qui alias fieri debent, v.g. pro feretro, effosione sepulchri, portatoribus funeris, non autem pensio certa, vestigia, aut tributum, linea quo inhibetur sepultura; nam id in jure nostro civili prohibitum esse, supra audivimus. Quod vero *Novell. 59.* attinet, tantum abest, ut illa nobis aduersetur, ut ex illa potius firmisimum pro nostra sententia præsidium repetamus. Ita notatu digna sunt, quæ in *præfatione Nov. 59.* afferuntur, ubi Imperator abusum circa exequias defunctorum sublaturos hanc rationem reddit, ne proximi cognati duplum sustineant difficultatem, dum sua (per obitum defuncti) amittunt, & simul damnum (per expensas funeris) sentiunt. Ex quibus oppido appetat, prohibitum in jure esse, ut hæredes sumptibus funeris graventur. Licet vero in hac *Novell.* pecunia certa Decanis, Asceteriis, canonicis & acoluthis pro curatione funerum detur, illa tamen à defuncti hæredibus non est solvenda, sed publica autoritate, ne funera ullo sub praetextu detineantur, & proximi cognati magnis sumptibus premantur, ab Imperatore in partem salaryi constituta, qui potius de testatus est, si pro exequis mortuorum aliquid exigitur, ut ex alleg. *Novell. passim eluceat, & quamvis in cap. 7. Novell. cit.* inter exequias, *qua gratis* & *qua per munificentiam sunt*, distinguiatur, ex antecedentibus tamen constat, quod exequiae omni-

omnibus permitti debeant gratuitæ. Sed, si quis cum majori
pompa sepeliri velit, tunc nequaquam prohibitum est, sum-
tus quoque in exequias facere.

S. XIX.

Cum sententiam nostram, de sepultura gratis conceden- Probatur
da, ex jurecivili satis, opinor, probatam dederimus, de con- è jure ca-
fensu juris quoque canonici, quod maxima cura circa jus ma- nonico
nium versari, p. 221. de jur. man. afferit Gutherius, erit dispici- gratuita
endum. Notabile vero imprimis est, quod in c. 12. caus. VIII. sepultura,
qu. 2. a Gregorio Pontifice reſcritur Episcopo Sardinie, qui a specia-
femina clarissima centum solidos pro filiis sua sepultura exe- tim e c. 12.
gerat, ex quo canone 1. apparet, quod nec a clarissimis femi- caus.
nis, que tamen divitias possidere præſumuntur, pro sepultura VIII. qu.
aliquid exigi queat, 2. quod confuetudo in contrarium intro- 2.
ducta vocetur prava a Pontifice & notanter vocabulum, usur-
pari, adhibeat 3. res exemplo pagani Ephronis, illustratur,
qui ab Abrahamo, pro sepultura aliquid daturo, pecuniam ac-
cipere religioni duxit; hinc argumentatur Pontifex a minori
ad majus, si ergo tanta confederationis paganus vir fuit, quanto ma-
gis, qui sacerdotes dicimus, hoc facere non debemus? Et sane im-
pium quoque apud Ethnicos fuisse, nedum apud Christianos,
cadaver inopis debitoris infepultum detinere, afferit
Carpzovius part. i. Conf. 30. def. 22. idque ex Attingifino de Ci-
vit. DEI cap. 11. & Guibero de jur. man. clarissime patet. Il-
lud vero hic merito querendum est, an recte Gregorius Ponti-
fex exemplum pagani Ephronis hic adduxerit, & ab hoc ad
noſtros Sacerdotes argumentatio fieri potuerit? Sane si caput
Genes. 23. (non 17. ut Gonzalez ad decret. lib. 3. tit. 28. p. 565. al-
legavit) evolvamus, deprehendemus quidem, quod Ephron.
vers. 11. & 15. renuerit pro loco sepultura pecuniam accipere,
sed tamen Abraham tandem ad determinationem pretii, ab E-
phrone factam, quadringentos siclos vers. 10. soluisse legitur.
Sed defendi potest Pontifex; nam licet forte Abraham folve-
rit pecuniam, tamen 1. locus fuit purus, adeoque vendi potuit,
2. Ephron non exegit pecuniam pro loco sepultura, sed sub-
inde

inde potius restitit datus Abrahamo, E. datus Abrahami fuit spontanea oblatio, quam canones non improbat, ut infra docbitur; licet enim Ephron determinaverit pretium pro agro, tamen ista determinatio ad creberimam sollicitationem Patriarchæ facta, nec animo determinatam summam accipendi, quod ex verbis vers. 15. quid vero hoc inter me & te? sepelias eum mortuum, oppido appetit. Non itaque solutionem secundum Gonzalezim improbat Gregorius, sed sicut argumentatur, quod paganus, Ephron, ne ad instantiam quidem Abrahami pecuniam pro loco sepultura accipere voluerit, & hic Episcopus Sardinie tam severe exegerit pecuniam. Imo eo magis hoc exemplum adduci potuit, quia paganus ne pro purro quidem loco, quod tamen circa crimen facere potuisse, pecuniam sponte oblatam diu accipere voluerit, hic vero Episcopus Christianus pro loco religioso centum solidos, invita semina clarissima, exegerit, 4. avaritia in hoc canone ejusmodi exactio appellatur, jam vero avaritia vitium est, ex quo omnia mala propullulant, quod ab Episcopo imprimis alienum esse debet, ut ad Tit. 1. traditur 5. in hoc canone dicitur, ab illo, qui in ecclesia sepeliri vult, sponte offerri aliquid posse, pro luminaribus. Huic tamen canonii refragari c. nullus 18. caus. 13. qu. 2. afferit Tufbus, ubi ne Christianus quidem exceptis Episcopis, Abbatibus, dignis presbyteris & fidelibus laicis propter immunitatem & puritatem ecclesiarum in ecclesia sepeliri debere dicitur. Quinam per laicos fidèles intelligentur, disputatur inter doctores, sed omissis aliorum sententiis statuimus, innui eos, qui nobiscum eandem fidem Christianam profittentur. Antiquis temporibus prohibitus fuisse, ne Christiani in ecclesia sepelirentur, sed illud subsecutus temporibus mutatum esse, exponit Pirringius, in jur. canon. lib. 3. tit. 28. §. 1. & quem iste allegat, Barboſa de offic. & potest. Paroch. c. 26. n. 8. add. Gonzalez. ad decret. lib. 3. tit. 28. ubi p. 542. afferit, sanctum & piūm esse, sepulcrum sibi in sacra ade curare, licet ratio, quam vi doctrinæ pontificiæ subjuguit, quod nempe per eam valde adjuventur animæ in purgatorio existentes, nec non cadavera, ipsa

§. (23) §.

ipsa superstitione sit ac scriptura sacra adversa, frustra sic su-
dante ~~Sant'Barollo~~ in post praxi Medica cap. 27. 28.

§. XX.

Videtur vero jam explicato canonii vehementer adversari, *Respon-*
quod in c. aurum 70. casu. VII. qu. 2. ex Ambrosio assertur, ubi detur ad
E. Pater assertit, quod ob sepulturam fidelium vasa etiam Sacra c. 70. canis
conflata alienari possint; ex quibus verbis haud difficulter col. VII. qu. 2.
ligitur, quod pro sepultura loco aliquid sit suppeditandum. E-
quidem, quin vasa etiam sacra atque DEO dicata certis in casi-
bus, quos in d. canone exprimit Ambrosius, alienari queant,
neque juris Canonici (non obstante c. semel 51. d. R. J. in 6.)
neque civilis dispositio impedit. Ludwell. ad Institut. p. 117. Sed,
an opus sit, propter sepulturam, quam tamen gratuitam esse
modo diximus, vasa ista alienare, omnino dubitari posset. Non
utemur profano quorundam effugio, quod exigua sit Ambro-
sii auctoritas, & eam nihil morari debeamus, rectius de conci-
llatione laboramus cum doctissimo Canonista, Emanuele Gon-
zalezio, ad Decret. loc. supra cit. p. 568. n. 10. qui existimat, D.
Ambrosium hic loqui de emptione loci puri ad ampliandum
ecclesie cœmeterium pro humandis fidelium corporibus, non
de religioso, nec benedictione Episcopi sacrato, quia quippe
*responso propter verba: *Nemo potest indignari, quia humandis*
fidelium reliquias spatia laxata sunt, textui videtur convenire,
quanquam etiam hic sensus esse possit, quod redimendo ca-
ptivos aquum sit laxare & ampliare spatia, humandis fidelium
captivorum & redemptorum reliquias seu corporibus destinata
(h. e. cœmeteria) quia Christiani post mortem corporum suo-
rum requiem malunt habere penes aliorum Christianorum,
quam gentilium & infidelium captivos detinentium, sepulchra.
Tantum itaque absit, ut cit. canon. aurum, nobis adversetur,
ut potius existo pro favore sepultura colligi possit, quippe cu-
jus causa vasa etiam sacra atque DEO dicata, quorum alienatio
*severissime ceteroquin interdicta, vendi queunt.**

§. XXI.



Probatur Eundem vero favorem sepulturæ gratis facienda c. in ecclierum & ecclesiastico 14. caus. 13. qu. 2. ex Concilio Triburensi desumpto c. 14. caus. contineri, nemo jure inficiari potest, propter clara atque ex XIII. qu. preffa ejus verba : Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare ; nisi forte proximi & amici defunctorum propter nomen & redemptionem anime viri gratis aliquid dare velint. Quicquid sit de ratione in hoc canone allata, res tamen ipsa clare deciditur, quod nihil pro sepultura exiguerat, si vero sponte & gratis deretur, aliquid recte accipiatur.

Solven- Exceptionem a regula suppeditat sequens c. precipientum
dum ta- 15. ubi postquam generaliter dicitur, quod secundum canonum
men est, autoritatem de sepulchris & hominibus sepeliendis nihil muneric exist-
quod de- gi possit, additur limitatio : nisi forte, qui sepelitur, vivens iussit
funeris ecclesie, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus eribetur, aut
bæredibus bæredes sponte (nam coactionem canones admodum abhor-
injinxit rent) aliquid dare velint. Itaque, si defunctus vivens injungat
pro loco bæredibus, ut aliquid de bonis suis clericis præstent, tunc in
sepulture. bæredum non est arbitrio, an sponte aliquid offerre velint, sed simpliciter voluntatem defuncti implere tenentur. De
 spontanea vero oblatione, cuius in can. hoc & in cap. II. men-
 tio injicitur, infra commodius agetur.

Denuo Postquam vero sententiam nostram de sepultura gratis
probatur concedenda ex Decreto Gratiani, quantum temporis ratio
 per c. 9. X. permisit, firmavimus, conveniens omnino erit, harmoniam
 de Si- Decretalium ostendere. Cap. 9. X. de Simon. ex Concilio Late-
 mon. ranensi adducitur, horribile esse, quod in quibusdam ecclesiis lo-
 cum penalitas prohibeatur habere, ita ut pro sepulturis & exequiis
 mortuorum aliquid requiratur. Putant autem plures ex hoc licere,
 quia legem mortis (legem occasione mortis introductam) de longa invaluisse consuetudine arbitrarentur non attendentes, quod tan-
 zo graviora sunt crimina, quanto diutius in felicem animam tenuerunt

runt alligatum. *Districtius* autem talis consuetudo ibidem probabitur, additis his verbis notatu dignis: *Si quis autem contra hoc venire presumferit, portionem cum Gieſi (Gehazi, avaro illo Prophete Elifasī famulo 2. Reg. 5.) se noverit habiturum.* Quæ verba cum sint clarissima, & luce sua radient, non opus habent nostra illustratione.

§. XXIV.

Huic capitulo suffragatur *cap. 42. eod. ubi Innocentius III. in Concilio generali Lateranensi* tale fecit decretum: *Et per e. ad apostolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam Clerici pro exequiis mortuorum & benedictionibus nubentium, & similibus, pecuniam exigunt & extorquent, & si forte eorum cupiditate non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt.* *Quapropter super his pravas exactiones fieri probibemus;* fit quidem ibi etiam mentio laudabilis consuetudinis, pia devotione fidelium erga sanctam Ecclesiam introduxit; sed mox ostendemus, per eam non intelligi tales, qua exigi & extorqueri quid pro sepultura possit, sed potius, qua sponte quid Ecclesiæ datur & exhibetur.

§. XXV.

Eadem fere sunt, quæ in famoso capitulo *23. X. de sepult.* *Et per e. afferuntur, ubi abolenda consuetudinis dicitur inoleuisse perversitas apud montem Pessulanum, ut decadentibus non prius permittatur effodi sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum ecclesiæ pretium persolvatur, & injungitur clericis, ne presumant exigere quicquam hac de causa.*

§. XXVI.

Videtur vero huic capitulo contradicere *cap. 42. X. de S. Objectiō-*
mon. supra allegatum; nam in hoc dicitur, quod pia atque laudabilis sit consuetudo, qua laici clericis pro sepultura aliquid suppeditant; & in *cap. 13. de sepult.* hæc consuetudo abominabilis corruptela dicitur & plane abolenda. Torquent se hic variis Interpretis, & multæ a D. D. afferuntur conciliaciones. *adferuntur.* Nonnulli enim statuunt, posse aliquid sumi pro sepultura, si tur. justa causa subsit, quale exemplum ad fert *Antonius de Burio in*

D

com-

comment. ad d. c. 42. si ecclesia habeat duo cœmeteria, quorum unum paradisum vocat, in quo non concedi solet sepultura, nisi certo pretio soluto, vel si major crux non portatur, nisi certa pecunia pro ista solvatur, 2. ali dicunt, posse clericos aliquid exigere, si consuetudo ferat, ita tamen, ut propter mortuaria non soluta cadavera non insepulta relinquantur, quia hoc pacto sepultura non impeditatur, 3. rursus alii, ut *Hofmannus & Panormitanus*, afferunt, vim verbis faciendam esse; nam si clerici dicant, petimus hoc pro sepultura, succumbunt, etiam si allegent consuetudinem, sed debent dicere, consuetudo est, ut pro mortuo aliquid detur ecclesie, sive clericis. 4. aliqui distinguunt, utrum sponte aliquid offeratur, an aliquid exigitur, priori casu aliquid accipi posse, posteriori casu non exigitur. 5. aliqui dicunt, quod quidem clerici, si consuetudo alter ferat, non possint exigere aliquid jure actionis, sed tamen possint compelli laici officio judicis, 6. nonnulli exactiōem pro sepultura largiuntur, quando ecclesia vel clerici ipsi expensas facere necessum habuerunt, v. g. perege profisci, locum sepulturae vel cœmeterium emere, cum nemini officium suum damnosum esse debeat. Imo alii 7. afferere non dubitant, pecuniam quidem pro sepultura exigi non posse, bene tamen aliud.

§. XXVII.

Ad illas responde- Ex variis autem hisce opinionibus modo relatis quarta, tanquam pia jurique canonico c. 12. 14. & 15. caus. 13. qu. 2. magis conveniens, nobis arridet, quam non tantum *Gonzalezius*, *Speckbahn*, verum etiam multi alii probarunt, & licet Ripa in eruditio libro de peste hanc conciliationem quoque improbet, ac ne sponte quidem oblatum a clericis accipi posse existimet, prater rem tamen hac in parte religiosus est, cum juri divino spontanea ejusmodi oblatio congruat, & a canonibus tanquam pia atque laudabilis consuetudo, approbetur. Quando autem sponte oblatum clericos accipere posse, contra Ripam afferimus, cavendum omnino est, ne spontaneitas hac per indirectum in coactionem ac necessitatem mutetur, ut communiter fieri solet, cuius farinæ est exemplum ab *An. de Butrio* allatum,

quod

(27)

quod in §. precedenti recentimus, de paradiſo & cruce ma-
jori; item, si in concione funebri defunctus vituperatur, quod
ſubſtantia omni diſſipa non tantum reliquerit, ut pro more
piò Eccleſiae & Scholæ Ministrorum aliquid daretur; porro, si in
aliis concionibus inveccive contra illos iſtituunter, qui ho-
neſtam ſepulturam (qua ita deſcribitur, quando juſto & pleno
Eccleſiae & Scholæ Ministrorum comitatu corpus effertur, &
ad adificationem viventium concoſiones funebres habentur) pa-
rum vel nihil curant, cum tamē DEVS pro juſta pena afi-
ninan & caninam ſepuleram reputet; pariter si viventes per-
ſtingantur, quod non juſto modo lugeant defunctos, &
non modicum illud (Eccleſiae & Scholæ persolvi ſolitum) in
pian ſuorum memoriam impendant, canes ſuos ſepe magis
aſtimantes (quorum jačturam deplorant) quam proximos co-
gnatos, quos per noctem nullis vel paucis comitantibus terra
mandant. Quis ergo non potius ſolveret ordinarias fumeris
impensas, quam ſe & defuctos ſuos ita traduci pateretur, li-
cet e. g. vidua inops multos habens miferos pupilos & mariū
funus curans omnem fere ſubſtantiam in ſepulturam eroga-
re hac ratione cogatur?

§. XXXIX.

Quod vero ſententiam primo loco poſitam & ab Anto- Comina-
nio de Barrio adductam attinet, illa in fraudem legis depre-
henditur directa; quodcumque enim cōmēterium fit, pro lo-
co religioſo habetur, ac proinde pro illo nihil exigi potest. Sen-
tentia quoque illi expreſſe reſfragatur cap. 41. de Simon. ubi mi-
les quidam apud religioſos quoque ſepulturam eligens, etiam-
ſi nihil loco religioſo reliquerit, dicitur tamē ad aliquid ſol-
vendum non eſſe obſtrictus, adjuncta ratione, quod ſecundum
Apoſtolam non ſolum a malo, ſed & ab omni ſpecie mali fit
abſtinendum. Neque vero conciliatio ſecundo loco expo-
ſita deſendi poterit, quippe que ē diametro contrariatur cap. 13.
X. de ſep. & ubi perversa & abolenda dicitur ejusmodi conſve-
tudo, & in c. 13. cauſ. 13. qu. 2. prava & irreligioſa, imo in cap.
3. X. de Simon. præcipit, quod pro ſepultura nihil exigi de-
beat,



beat, nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis aliquis reatum suum tueatur, quia diurnitas temporis non diminuit peccatum, sed auget. Evidem autores hujus sententiae ad stabiliendam suam sententiam ex Decretalibus cap. 9. X. de Simon. Et cap. 42. eod. adducunt, sed in cap. priori nihil de consuetudine hac habetur, quae clericis aliquid exigere permittit pro sepultura, quin potius horribile dicitur, quod in quibusdam ecclesiis pro sepulturis & exequiis mortuorum aliquid requiratur. Quin contrarium potius in hoc capitulo extat, quod ex hisce verbis liquido apparet; putant autem plures, ex hoc licere, quia legem moris de longa invaluisse consuetudine arbitrantur, non attendentes, quod tanto graviora sint crimina, quanto diuini infeliciam animam tenerunt aliquid. Annon autem cap. 42. eod. nobis contradicat, propter verba: *quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam pia devotione fidelium introducunt ex fermento hereticae pravitatis nituntur infringere sub pretextu canonicae pietatis, dubium videtur?* Sed si jus Canonicum ex ipso Jure Canonico explicare & contradictionem non admittere volumus, respondendum, piam vocari consuetudinem, qua sponte pro sepultura clericis aliquid offerri solet, cap. 12. Et 14. caus. 13. qu. 2. Sed regeris, in fine hujus capituli cum Pontifice constitutum esse, quod per Episcopum loci, veritate cognita, laici compescantur, qui malitiose nituntur infringere laudabilem consuetudinem, jam vero, ad quod quis compelli potest, illud sponte non facit, cum spontaneitas omne principium cogens respuat, ut ex Ethicorum doctrinis didicimus. Nos instantiam hanc ita elidimus, ut dicamus, laicos non posse immutare consuetudinem, qua ali clerici ex pia devotione aliquid sponte offerre solent, v. g. si Mevius pro uxoris sua exequiis clericis certum quid obtulit, Sempronius hoc non prohibere vel clericis spontaneum donum accipientibus Simoniz crimen objicere non potest, quia non valet immutare consuetudinem, qua hujus provinciali homines pro sepultura aliquid sponte offerre solent, licet ipse Sempronius aliisque ab illam consuetudinem observandam cogi nequeant. 2. vocabulum, *malitiose*, additur, v. g. si quis

¶ (29) §

si quis in odium clericorum nonnullos pro sepultura officio sponte aliquid offerentes impedit vellet: ubi igitur non adest malitia, secus est. Neque etiam laici per statutum ejusmodi confuetudinem, qua parochiani sponte aliquid pro sepultura offerunt, infringere possunt, uti quidem existimat Panormitanus ad *Decret. de sepult. c. 13.* cuius sententia hodie quoad Principes protestantes non subscriptibimus.

§. XXIX.

Sententia Hostiensis, quod in conceptione verborum, *Adhuc u-*
quibus aliquid pro sepultura a Clericis in Judicio exigitur, *berius.*
quarenda sit conciliatio, fatis est absurdum; quasi vero tot ca-
nones & capitula non rem ipsam (exactionem & extorsionem
pensionis) prohibitam voluerint, sed nuda verba respexerint,
& iussum verborum (quo constitutionum vis exercatur & elu-
ditur) approbayerint; Recte Justinianus in *l. 2. C. commun.*
de legat. Nos enim, inquit, non verbis, sed ipsis rebus leges imponi-
mus. Conciliatio illa; ac si confuetudine introduci possit, ut
clericis a laicis pro sepultura aliquid exigere queant, Juri cano-
nico adversatur, ubi severissime interdictum esse probavimus,
aliquid pro sepultura exigere & extorquere, dum canones
spontaneam tantum oblationem agnoscent, nec admittunt, ut
laici etiam officio judicis ad dandum aliquid clericis pro sepul-
tura compellantur. Quod ultimam conciliationem attinet,
qua inter pecuniam & rem aliam distinguitur, non minus illa
ridicula & absurdum est, quam Hostiensis ante refutata opinio,
& eandem responsionem ad illam propositam hic repeti-
mus.

§. XXX.

In cap. 29. de *Simon.* præcipit Innocentius III. ut clericis *Probatur*
propter sepulturam a laicis pecuniam extorquentes, pro excesso *per c. 29.*
sunt illo competenter satisfaciant, &c. nisi obedire velint, canonici *de Simon.*
cas poenas infigi jubet; plura capitula ob brevitatis studium in *ubi que-*
præsenti allegare nolumus, cum ex tot epistolis decretalibus fa-*riuntur, an*
cile cognoscere liceat, pravitatem in detinendis mortuorum *quis lo-*
cadaveribus severissime interdictam esse. Nec minus salubria *cum reli-*
sunt, grosum

rependere
posse?

35 (30) S.

sunt, quæ tempore Innocentii II. in Synodo Romana, concilio Meldensi, Metensi, ac etate Urbani II. in concilio Claramontino de sepultura gratis concedenda laudabili cura pieque zelo sunt constituta, de quibus, ut & nonnullis aliis, conferri meretur Gonzalez ad cap. 13. X. de sepult. num. 2. add. Barbos. lib. 2 jur. eccl. cap. 3. num. 27. Evidem Starezius existimat, si quis sepulchrum proprium habeat, suis sumptibus exificatum, quod tunc licet propter defectum materiae simoniae vendi possit; verum diffidet Pirrhingius existimans, quod locus ille, qui semei consecratus est, vel benedictus, vel publica autoritate prelati ordinarii ad sepulturam fidelium deputatus, vendi non possit, quia in nullius privati esset dominio. Carpzov. decif. 289. pluribus vult defendere, quod quid jus sepulchri, seu locum & fornicem sepulchro designatum Begräbnish oder Schwibbogen alteri vendere possit; sed distinguendum inter mores hodiernos quorundam locorum, & inter Ius Civile atque Canonicum; De jure civili sepulchra referuntur ad res religiosas, quæ hominum commercio dicuntur exente. §. idem Juris 2. J. de inutil. stipul. I. sed Celsus 6. de Contrah. emit. I. 83. §. sacram. d. V. O. & legatum quidem valet de iure mortuorum inferendi, sed non de monumento & sepulchro ipso l. 14. C. de legat. De jure Canonico autem, ut supra vidi- mus, sepulturam vendere absolutate interdictum. Quid statuerit jus civile quoad cenotaphium seu vacuum locum sepulchri destinatum, antequam cadaver infertur vide l. vel quod 6. §. ult. de relig. & fam. fun. Moribus hodiernis in quibusdam locis permisum est, propria vendere sepulchra vid. Carpzov. d. I.

Prohibi-
tio juris
etiam ob-
ligat Cle-
ricos &
Schola-
rum Mi-
nistros.

S. XXXI.

Hactenus dilucide tam ex jure civili, quam canonico eti-
aque decreto ac decretalibus probavimus, pro sepultura ni-
hil esse exigendum; ut vero inanes nonnullorum objectiones
eludamus, ac si iura hæc sine solidis ac urgentibus rationibus,
ex mero legislatorum beneplacito (per illud vulgatum: Sta-
pro ratione voluntas) fuerint profecta, nobis omnino demon-
strare

strate incumbet, quod optimis illa ac firmissimis nitantur fundamētis. Evidēt, quantum nobis constat, nullus ictōrum hactenus est inventus, qui defendere sātegit, recte ab Imperantibus ac Magistratibus, multo minus ab aliis personis vectigal atque tributum mortuis imponi posse, ut corpora eorum non prius terra sint mandanda, quam illud fuerit solutum. Sane quoad solos Ecclesiæ Scholæque Ministros, si praxi hodiernam respiciamus, dubitatio oriri posset, a quibus quippe corpora demortuorum, donec pecunia certa soluta fuerit, detineri, frequens tēstatur experientia. Hinc annō saltem istis personis pensionem de mortuis in partem salarii assignare conveniens sit, disquiri posset? Certe ex jure civili cognovimus, quod indistincte prohibitum sit, sepulturam mortuorum impedire, adeo, ut nec ipsis creditoribus, (qui tamen prætensionem atque actionem, etiam justam, contra defunctos habuerunt) nisi gravissimas pecunas incurere velint, ad hoc procedere licuerit, & in Novill. 59. certa pensio ab ipso Imperatore clericis ex publicis redditibus fuerit assignata, ne quicquam a mortuis exigerent. Licet vero Jus Canonicum maximam partem ad promovenda clericorum lucra ac commoda tendat, uta doctissimis viris dudum est ostensum, Pontifices tamen Romani manifesta æquitate permoti sepulturam gratuitam esse voluerunt, pro crimine simonia reputantes, si quicquam clerici ab aliis ratione sepulta exigerent & extorquerent. Cum igitur argumenta nostra contra illos potissimum formaturi simus, qui defendere laborant, Ecclesiæ Scholæque Ministris laudabili instituto pensionem pro mortuis sepelientis assignatam fuisse, nemo capropter sinistram de nobis concipiāt opinionem, quasi Ministris illis minus favemus: quia enim in generē statuimus, quod non recte pro sepultura imponatur vectigal, sive id pendendum sit Magistrati, sive Ecclesiæ Scholæque Ministris, sive aliis, & hactenus, quantum scimus, non reperti fuere, qui defendere laborarunt, præter istos Ministros etiam aliis recte assignatum fuisse tributum, quilibet facile animadverteret, non ex odio personarum aut ordinis, sed causa,

causæ, h. e. vestigialis pro sepultura solvendi nostras adferri rationes.

§. XXXII.

*vestigal
solven-
dum ob
sepulcu-
ram est
iniquum
ratione
mortuo-
rum.*

Et quidem iniquum est istud vestigal (1) ratione ipsorum mortuorum, quorum cadavera tamdiu per injuriam detinentur, donec solutio fuerit facta. Cum enim omnes homines ad humanitatem colendam, & potissimum Christiani ad charitatem exercendam sint obstricti, & post mortem non desinat officium nostrum erga defunctorum, qui non prorsus interierunt, sed Deo vivere dicuntur: non venale & mercenarium, sed gratuitum debet esse officium, vel ideo maxime, quia ultimus est honor proximo suo exhibendus. Reete omnino pii Clerici pro suggestu auditores illos, qui raro defunctorum corpora ad Dormitoria sua comitari, & ultimum honorem proximis exhibere solent, reprehendunt, proponentes ad exemplum & imitationem Christianos, qui magna cura tempore persecutio- nis Maxentii in oriente fame enecatorum corpora sepelierunt apud Eusebium Hisp. Eccles. lib. 7. cap. 20. lib. 9. cap. 8. pariter ex V. T. Tobiam, cuius pietas erga defunctos eorumque sepulturam etiam cum vita periculo conjuncta valde commendatur Tob. 2. & ex N. T. cives urbis Nain, in quorum honorem & laudem Spiritus Sanctus per Lue. 7. v. 12. haec consignavit: Und viel Volks aus der Stadt gieng mit ihy (der Wittben, die ihren Sohn zu Grabe begleitete.) Multi sane funera sequerentur, si pecuniam pro comitatu suo acciperent, sicuti videmus in Scholarum Alumnis, qui distributant in ipsis pecunia in divitum sepulturis frequentes comparent, unde versus nati:

Si moritur dives, concurrunt undique cives,

Si moritur pauper, tantum venit unus & alter.

Igitur si alii frequentes etiam citra mercedem comparere in sepulturis defunctorum debent, multo magis id convenit Ecclesia Scholarumque Ministris, qui aliis bono praire exemplo in prastando charitatis & humanitatis officiis tenentur; Sed cum non solum aliqui Clerici, quando non acceperunt pecuniam, in

in Comitatu funebri non compareant, sed & miserorum & pauperum cadavera, donec solvatur ipsi merces, detineant, ne sepeliantur, annon gravissime scandalizantur Auditores? jam vero si alii in sepulturis defunctorum etiam citra mercedem comparere ab ecclesia Ministris jubentur, multo magis ipsi clericci ad officium tale gratuitum erunt obligati.

§. XXXIII.

(2) Ratione vivorum suos lugentium, quippe qui sepe *Ratione* in gravissima afflictione per obitum dilectorum sunt constituti; *vivorum* jam vero afflito non esse addendum afflictionem, ex ductu re *mortuos* Et ratione asserit *Syracides cap. 40. v. 3.* annon autem maxima afflictio lugentibus, v. g. viduis maritos aut pupilos suos *lugenti-* humaturis, item parentibus, liberos suos terrae mandaturis in- *um.* fligitur, quando clericci a miseris pecuniam, quam sibi nec paratam habent, nec ab aliis mutuo accipere possunt, extorquent, nec cadavera prius sepeliri permitunt, quam cupidita*tum* illorum (at loquitur *Pontifex in capit. 42. de Simon.*) fuerit satis factum? Nonne, queſo, maxima iniqutia foret, si chirur- gis cura hominum per injuriam vulneratorum denegaretur, donec certa pensio Magistratui vel clericis fuerit suppeditata? quis non abhorret, si Magistratus non permittoret, aedes combustas redificari, doneca possessoribus vestigial certum per- solvereatur? Imo afflictionem afflito non esse addendum, iura nostra non tantum in speciali sepultura casu, sed & aliis pluri- bus satis loquauntur. Ita *I. fin. D. incend. ruin. nauf. l. 13.* *C. de naufrag. autb. Navigia. C. de furt. c. 3. X. de rapt. S. in Ore* din. Crimin. Caroli V. art. 218. expreſſe sanctum est, ne bona naufragorum ejecta fisco amplius cedant, sed ut possessoribus restituantur, adeo, ut nec consuetudo in contrarium valere queat. Constantinus Imperator in tali casu *I. 1. C. de naufrag.* emphaticis utitur verbis, dum ait: *Quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luciuosa compendium sectetur?* Detestantur talēm consuetudinem Doctores fere omnes, ex quibus saltem aliquos citabimus *Grot. de Jo. B. & P. lib. 2. cap. 7.* *S. 1. Bodin. de Rep. l. 1. c. 10. Less. de Inst. & Jur. l. 2. c. 14. n. 49. 59.*

§ (34) §

Arnoldus de Jure Majest. l. 3. c. 6. n. 19. Gudet. de Jur. Noviss. l. 5. c. 10. Christin. vol. 5. decisi. 64. Hinc in Germania mandata cassatoria ac sine clausula a Judicio Aulico & Camera Imperiali contra transgressores emituntur, attestante *Mindano de mandat.* lib. 2. cap. 51. add. *Hahn. ad Wesenb. tit. de leg. Rhod.* p. 904. ubi præjudicium in causa consulum civitatis Hamburgenis contra Duces Hossatia refert. Afflictio quoque dominis non modica obvenit, si res ipsi a furibus & prædonibus auferuntur; præterquam enim, quod magno siue terrore concuruntur, raro integras absque deminutione recuperant, dum aliqua sceleratis illis statim dissipantur, & multa in persecutionem illorum sunt expensæ; nihilominus tamen olim in quibusdam locis consuetudo invaluit, ut magistratus vel omnes res apud malos istos homines deprehensas, vel partem illarum sibi retineret, quæ consuetudo, tanquam irrationalibilis & lucrum faciens ex aliena calamitate, damnatur & abroganda statuit in *Ord. Crim. art. 207. & 218. in Recess. Imp. de anno 1550. §.* Und nachdem an etlichen Orten 35. *Gail. i. Obs. 18. Coler. part. 1. decisi. 146. n. 4. Berlich. Concl. 45. part. 5. Carpzov. Crim. qu. 80. num. 13.* Sic etiam consuetudo, quando carnifices in locis, ubi aliqui seipso occiderunt, omnia sibi vindicant, quoisque cum gladio in circumferentia, etiam sursum & deorsum pertingere possunt, tanquam iniqua, afflictis addens afflictionem, rejicitur. *Carpz. d. I. qu. 2. num. 32. & similes aliae irrationales consuetudines improbanter in Nemel. Carol. art. 218.*

§. XXXIV.

Maximus ubique & omni tempore fuit favor sepulturae. Ipsi quoque gentiles, & equum & justum judicarunt, mortuis pariter & vivis in luctu constitutis illam benevolentiam & humanitatem exhibere, ut cadavera gratis & statim absque impedimento terra mandarentur. Quantus favor sepiulturae apud gentiles fuerit, ex autoribus, qui de Jure sepulchrali scripserunt, pluribus possem probare, si tempus & occasio id ferret; sufficiat notasse ex *Grotio de J. B. & P. lib. 2. cap. 19. §. 2. & 3.* (qui testimonialis autorum id confirmat, gentiles statu-

§. (35) §.

statuisse) etiam hostibus deberi sepulturam; quod vero §. 5.
circa finem dicit, ob negatam sepulturam bellum juste suscipi,
censisse veteres magno consensu, de illo dubitamus, sicut & de
veritate asserti in §. 1, quod de jure gentium mortuis debeat
sepultura; nam de moribus plurimarum gentium id ve-
rius est.

§. XXXV.

Pontifices etiam Romani, (4) alias circa promovenda *Adeo*, ut
clericorum commoda admodum solliciti, ceu ostendit Pufen. ipsi *Pape*
dorffius in *Introd. de Pontif. Rom.* exquissimum esse judicarunt, nihil vo-
ut sepultura hominum gratis concederetur, cum tamen ratio- luerint
ne purgatorio egregiam haberent causam exigendi certum ve- extorque-
stigal, quia secundum illorum doctrinam vivis & maxime co- ri ratione
gnatis proximis cura incumbit, quantocius liberandi defun- *sepulture.*
ctorum animas e purgatorio, quam operam censemur optimè
præstare posse Clerici per preces & missas suas. Nihilominus
supra vidimus severissimas constitutiones, quas contra exactio-
nes Clericorum in sepulturis promulgant Papæ Ro-
mani. Nullus quoque Theologorum & JCtorum, quan-
tum scimus, in hoc casu taxavit *Jus nostrum Cano-*
nicum.

§. XXXVI.

(5) Aut indistincte pensionem clericis pro sepultura per Non re-
mittimus, aut distincte habitoque respectu ad ditiores; si indi- cte distinc-
tione hoc statuimus, sententia hæc profecto dura erit & ini- guitur in-
qua, quando pauperes, qui nihil in bonis habent, mendicando ser divi-
pius pecuniam conquerere debent. Jam ponamus casum de res §.
vidua inope, tempore inediꝝ multos liberos habente, cuius ma- pauperes,
ritus mortuus sepeliri debet, annon injustum est, a tali miseri cum infe-
ma sc̄mina extrellum quoque obolum propter sepulturam ex- rat hoc
torquere, aut, si non habet paratam pecuniam, eam ad neces- magna
sitatem mendicandi adigere? Sed experientia eheu! testatur, incom-
quosdam avaros clericos (avaritia namque vitium talibus in modis.
Jure Canonico tribuitur can. 12. cauf. 13. qu. 2.) nec hisce mi-
stris sepulturam gratis concedere. Sin vero distinctio statue-
retur

retur inter diiores & pauperes, quæ tamen legibus canonibus que est incognita, ut supra diximus, difficile omnino foret, in paupertatem & divitias rectius inquirere, præsertim cum v. g. a falso tempore res moram non ferat, & per Magistratum Ecclesiasticum, sepe dissitum, res statim decidi non possit. Toties etiam contingit, ut homines alias opulent & prædiis divites ob bellum, incendium, suorum mōbos, vel alias calamitates, pecuniam nec paratam habeant, nec ab aliis statim mutuo accipere possint, (ut nuper admodum multis in vicinia nostra evenit) quid acerbius miseris potest esse, quam ex una parte affligi obitu charissimorum, ex altera bello premi, & tamen non sentire commiserationem Pastorum animarum, in concedenda gratuita sepultura aut dilatione solutionis?

5. XXXVII.

Exaltio Nihil magis (6) facit ad ædificationem in Ecclesia, quam parit odio. si clerici concionantes auditoribus suis sint gratiis; jam vero um̄ cleri nihil magis odium erga clericos excitat, quam si videant auditorum & tores, quod clerici ab ipsis in statu afflictio pecuniam severe existandaliant, nec ulla misericordia tangantur. Evident potissimum Christianis incumbit bona facere, & mala pati, adeoque auditores etiam injurias patienter ferre tenerentur, nec scandalizari deberent; clericis tamen etiam convenit, mitius tractare pauperes in luctu constitutos, & scandalum immisericordia non præbere; imbecilliores enim auditores valde scandalizantur, quando vident clericos, qui afflictos solatio erigere deberent, aliquando nullam commiserationem ostendere, sed jus, nescio quod? strictum urgere. Alter se S. Paulus gesit, dum ait i. Cor. 8. v. 13. Darum so die Speise meinen Bruder ärgerte, wolle ich nimmermehr Fleisch essen, auf daß ich meinen Bruder nicht ärgerte. Alio quoque loco lugendum esse cum afflictis, Apostolus Rom. 12. v. 15. ex divina inspiratione afferit; sed, qui nulla commiseratione erga pauperes dicitur, sibi de mortibus hominum gratulatur, ut inquit Gregorius in c. 12. caus. 13. qu. 2. Ita referunt de avaro illo clero, cum aliquando multam pecuniam acciperet, ut plura simul funera duce.

55 (37) 56

duceret, quod gandio exultans dixerit: hodie ex intimo
cordis affectu cantabo: Sterben ist mein Gewinn. Sed al-
lius impia voce hac audita, astanti amico in aurem insuflar-
vit: Forte videbimus hanc suem, probe saginatam, brevi ma-
etandam. Agunt certe clerici DEI negotium, & per acerbam
pecuniae exactionem in statu afflito vim & efficaciam verbi
prædicati impediunt, non attendentes illud Apostoli, 2. Cor. 6.
v. 3. & Rom. 2. v. 24. Quantum DEVS avaritiam filiorum Elii
est execratus, cum circa victimas, a DEO tamen preceptas po-
pulum offendenter atque scandalizarent? 1. Sam. 2. v. 17. Cer-
te, quoniam Pater, Eli, justum Zelum non ostendit in remo-
vendo hoc scando, DEVS talen immisit poenam, ut non tan-
tam ipse cum filiis miserrimo fato periret, sed & arca Domini
in manus Philisteorum perveniret. Experientia docet, mul-
taque facile exempla adduci possent, quod auditores, cum de-
prehendunt, tam inclementer se tractari in statu afflictissimo,
ita offendantur, ut a nostra transeant ad aliam religionem. Ra-
ro audies in expositione Evangelii Dom. XIII. post Trinit. ex-
plicari, quid tibi velint verba Lue. 10. v. 31. 32. quod nec Sacer-
dos, nec Levita misericordia erga miserum vulneratum permo-
ti fuerint, sed ejus cura neglecta, transiverint, & quod homo
Samaritanus commiseratione tactus fuerit. Quando paupe-
res lamentabili voce gratuitam sepulturam petunt, sed Eccle-
sia Scholæque Ministri illam denegant, afferentes, pensionem
illam partem salarii sui esse, & per oppida ac pagos rogandos
esse alios, qui stipem in sepulturam conferant, quid, quæso,
hoc aliud est, quam si dicatur: Nos Sacerdotes & Levite nec
vivent, nec mortuorum habemus rationem, ut patiamur,
quicquam de salario nostro decadere, vos autem in luctu
constituti videte, an extra ordinem nostrum alios reperiatis, qui
ad imitationem hominis Samaritani vestra conditionis misé-
reantur, eleemosynam in sepulturam mortuorum & solatium
viventium conferentes, quo nostra auri sacra fames expleri
queat? Imo si verum est illud S. Patris: non pavisti E. occi-
disti, tunc profecto clerici illi, qui non tantum pauperibus non

præbent eleemosynam; sed & illis; qui in statu affictissimo constituti sunt, ræculas suas extorquent, omnino immiriiores sunt Sacerdote & Levita, qui lethaliter vulneratum transierunt, non autem occiderunt. Digna omnino sunt verba apud Ezechielem 34. a vers. i. usque ad ii. que a mercenariis illis & duris animarum Pastoribus ad emendationem sicut expendantur. Dico: a mercenariis & duris. Nam de piis & mitibus, qui rationem pauperum habent, & ~~mercenariis~~ prævalere sinunt, non loquimur, nechi nostris dictis sentient se offendit; qui autem contra nos debacchabuntur, tanquam forices, seipso prodent.

§. XXXIX.

*Ad dubia
responde-
tur.*

Si objicitur nostræ sententiæ (1) optimarum rerum sepe magnum conspici abusum; licet igitur aliqui Ecclesiæ Scholæque Ministri sint immites & inqui erga pauperes, non tamen propterea mercedem illam ratione sepultura deputatam esse proflus abrogandam, quoniam ob abusum non protinus est tollendus usus; Resp. Prudentissimi Juris Civilis & Canonici Conditores, circumstantiis omnibus rite ponderatis, reprehenderunt, non tantum esse usum, ut non potius abusus longe major sit censendus, præsertim cum huic occurri non posit per distinctionem inter divites & pauperes, aut proflus non aut difficultime in causa sepultura faciendam, ceu supra ostendimus, ubi simul monstravimus, etiam ratione divitium aliquando subesse iniquitatem. (2) Mercedem illam esse partem salarii Ecclesiæ Scholæque Ministrorum, & obligari Auditores ad illos Ministros alendos, Resp. Salarium quidem est solvendum, sed supra §. 34. per aliquot exempla probavimus, male imponi solutionem afficto, in statu miseriae constituto. Credarem, plerorumque locorum jura si rectius examinentur, non admittere, ut dicamus, illud, quod Ecclesiæ Scholæque Ministris dari suevit, habendum esse pro parte salarii; & facile ratio melior sustentandi Ministros illos inveniri posset. Sed instas (3) antequam tamen alia ejusmodi ratio initur & invenitur, annon recte invitis extorquetur pars illa salarii per inhibitionem, ne cadaver

cadaver prius terræ mandetur, aut aliam rationem? Resp. Jura nostra ex rationibus optimis hoc iniquissimum esse judicarunt, ut supra indicavimus, præstern recta ratio maxime id detestatur institutum, si notoria est paupertas lugentium; Urges (4) Consuetudo tamen fert, ut solvatur certum quid Ecclesiæ Scholæque Ministris. Resp. Consuetudo consideratur, aut quatenus ab invitis aliquid extorquetur, aut quatenus a volentibus aliquid datur; priori respectu talis consuetudo in Jure nostro appellatur *perverfa & abolenda* c. 13. X. de sepult. prava & irreligiosa c. 12. caus. 13. qu. 2. nimis horribilis seu horrenda c. 9. X. de Simon, pro crimine *Simone reputanda*, ita ut sub obtentu cuiusquam consuetudinis nihil exigi & extorque ri debat. cum diuturnitas temporis non diminuat peccata sed augerat. c. 8. eod. & tanto graviora censantur criminia, quanto diuinius infeliciem animam tenerunt alligatum c. 9. X. eod. posteriori respectu pia & laudabilis vocatur consuetudo c. 42. de Simon, cui nos non contradicimus. Non facile quoque inter Auditores reperientur tam avari & tenaces homines, qui non sponte velint Ecclesiæ Scholæque Ministris solvere illud, quod hactenus fert consuetudo loci, modo non subinde augeantur munera illa, nec spontaneo fiat necessarium. Sic consuetudo in Ecclesiis nostris Lutheranis fert, ut in confessione (in den Beicht- & Stuhl) gratis fiat Annunciatio remissionis peccatorum, sed nihilominus sponte aliquid detur confessionariis; & pauci reperiantur, qui non exhibeant illud munus Ecclesiæ Ministris. Si regeris (5) quid nos curamus Jura Papalia? alia quoque ratio est nummi confessionis (des Beichtpfennigs) a illa pensionis, qua solvit pro sepultura; ille relinquitur arbitrio consentientium; haec ab invitis quoque exigi & extorqueri potest; tunc reponimus quoad primum, non tantum Jura Papalia, sed & Cæsarea sub gravissimis penit. inhibere, ne cada vera defunctorum detineantur, vel a creditoribus, qui tamen jura & prætensiones justas habent contra defunctos, vel a qui buscunque aliis personis; præcipue etiam, ut a lugentibus in vītis nihil quicquam exigatur & extorqueatur; Jūribus autem illis ad stipulari Jus Naturæ & divinum, per rati-

tiones in medium adductas supra evicimus; quoad alterum, si cuiuscunque loci consuetudinem altius indagabimus, apparet, in plerisque locis prætentum discrimen nullum esse; ponamus etiam, quod consuetudo admittat coætionem, e iuribus & rationibus supra citatis patebit, quid de illa sit sentendum. Dicis: (6) Non jam disceptabimus de consuetudine, quid mihi respondebis, si tibi ostendero expressas Principum constitutiones, certum stipendium Ecclesie & Schola Ministris pro sepultura assignantes? Ita in Electoratu Saxoniae Ordin. Provinc. Eccles. art. 26. certum quid determinat, Ecclesie Ministris pro sepultura solvendum. Resp. Considerabimus verba constitutionis illius: Von Begräbniß einer alten Person sollen dem Pfarrer ein Groschen, von einer Jungen ein halber Groschen, dem Custodi aber von einer alten vom Lauten und Singen zween Groschen, von einer Jungen ein Groschen gegeben werden. Es sollen auch jedem Pfarrer auf den Dörfern von einer jeden bestellten Leichen-Predigt drey Groschen gegeben werden; Circa que notandum (a) utinam atque utinam talis constitutio in Saxonia nostra hodie observaretur; si enim non plus, quam sex illi grossi in sepultura adulti, & quatuor cum dimidio in funere Juvenis solvi deberent Ecclesie Scholæque Ministris, & reliquum cuiusvis arbitrio permitte-retur, nulla proœcta querela audirentur, cum in jure modicum & nihil fere æquiparari, & modicum non nocere, statuat, uti hoc Barboſa in Thesaur. Loc. Commun. voce: Modicum, axiom. 1. & 3. multis Legum & Doctorum testimoniis confir-mavit. Sed ô Domine! in qua nos reservasti tempora? Sepe hodie non tres grossi, sed sex, aut duodecim aut plures taleri (quorum unus 24 grossis constat) proœcione habenda exigitur, & quid tandem fiet, si libidini & avaritia quorundam Clericorum non medus ponitur? Gemitus & suspiria lugentium, perinde ut tempore Eli, penetrabunt in celum, & provocabunt vindictam, qualern DEVIS expressit: Sam. 3. vers. 11. Ecce ego facturus sum rem in Israël, quam, quisquis audiverit, timet amba aures ejus. (b) Optime in Ordin. illa Electorali

dii

S. (4) S.

art. 15. S. Dazu dann auch &c. provisum: Dass den Armen und Unvermögenden einer kurze Leichen- Predigt und Erinnerung umsonst gehalten werden solle. (c) Formula quadam piz, Ioco Concionum funebrium, praescribuntur in dicta Ordin. Eccles. Elel. Sax. prælegendæ in cœtu comitantium, quales formulæ hic loci quoque habentur, in quorundam sepulturis recitantur, tanto magis commendanda, quo minores exigunt sumptus, & ab affectibus, quos conciones divitum ostendunt, existunt libera. (d) Cur Custos duos grossos & Pastor unum accipiant, & sic Pastor deterioris Conditionis esse videatur, quam custos, ratio redditus a Carpzov. in Jurispr. Consist. lib. 1. def. 112. n. 7. & causa quoque continetur in ipsa ordinatione Electorali, quia pro pulsu campanarum (ad quem ali debent conducti) & Cantu illud munus solvitur; hodie in quibusdam locis Custos sæpe talerum & plus pro pulsu campanarum in diurnis exequiis exigit, ex quo sex grossos pulsantibus dat, reliquos 18. sibi servat, præter 5. aut sex alias prætensiones profus absurdas, ad quas aliqui clerici connivent, ut per Custodem augeant quoque suos redditus funebres. (e) Carpzovius d. loc. def. 113. num. 8. & 9. cognito, pro pagis in concione funebri hodie non tres grossos, sed plus exigunt, pro excusatione hæc adserit: *Sed cum hoc tempore annona multum fuerit mutata, venia que longe majori pretio, quam olim, consistet ac ostimentar, utilique & binc in villis honorarium pro concione fanebri crevit ad diuidium usque talerum, quem solvere oportet eos, qui nimis tenaces existunt erga Ministros verbi, qui longe majori præmio erant honorandi.* Non negarem quidem, Ministros Verbi longe majori præmio esse honorandos, nec detrectabunt facile Auditores, majus id premium offerre, modo res maneat intra terminos præmii, ut non tanquam debitum per detentionem cadaveris aut aliam coactionem extorqueatur, sed arbitrio lugentium id permittatur; nec pro tenacitate in pagis est accipendum, quod si prius est extrema inopia & impossibilitas; auditæ tamen aliquando sunt avarorum Pastorum erga miseros ob inopiam sese lamentabiliter excusantes hæc voces:

F

wür



würden ja noch etwa Bettie haben, darauf sie schließen; oder Blasen in den Ofen, die solten sie ihnen, denen Pfarrern, einstweils versetzen, oder gar verkaussen. Illa Carpzovii excusatio, quod annona multum sit mutata, venaliaque longe majori pretio, quam olim, constat ac estimatur, nullius plane est momenti; quasi vero soli Clerici & non etiam Auditores, presertim pauperes, opus habeant annona, victu & amictu; Ist eben, als wenn in theurer Zeit, da ein Pfennig Brotgroschen einen Groschen gilt, die armen Leute vor die Begehrnisse desto mehr jahren sollen, weil die Herren Geistlichen vor die victualien desto mehr Geld ausgeben müssen. Si pretia investigabimus annona, sorre deprehendemus, quod tempore Electoris Saxoniz Augusti anno 1580. quo laudata prodit ordinatio, multa pecunia ex Indiis venerit in Germaniam, & annona majori pretio, quam hodie, fuerit vendita. Igitur περὶ Φατιγίου salutis & prætextus hic est, αἰτία autem & vera causa aucti stipendiū consistit in eo, quod avari quidam Clerici liberalitatem verterint in necessitatem, nec Politici ad evitanda incommoda ausi fuerint contradicere, gratiam potius apud homines, quam Deum, intituli. Hac praxis adhuc hodie observatur, ceu data occasione monstrabimus. Igitur (f) Constitutio illa Electoralis speciminiis loco esse potest, ut conferendo hodiernas expensas funebres cum illis, ab Augusto Electore determinatis, advertamus, si semel a salutari & sapienti sanctione Juris Civilis & aliorum in minimo receditur, quot & quanti sequantur excessus; nec valet objectio, quod Augustus Elector loquatur falkim de pagis; nam verba citato loco generaliter sunt concepta, & demum discrimen inter pagos & civitates adseritur quoad conciones funebres, ut in illis tres grossi sint solvendi, in his pro modo facultatum plus sit dandum. (7) Non esse quid innovandum, & cum haec tenus Ecclesiae Scholeque Ministris tantum fuerit solutum, impostorum laudabilem illam converudinem esse continuandam, nec attendendas obsoletas illas rugas Civilis & Canonici Juris. Resp. Utinam non sequeretur innovatio, & non subiuste augerentur postulata & pre-

pratensiones in Exequiis! Quantum degeneraverimus brevi tempore a moribus Patrum nostrorum, jam ante diximus, & specimen omni exceptione majus in Ordinatione Augusti Electoris Sax. Ecclesiastica exhibuimus. (8) in V. T. sacrificia fusse deputata in sustentationem Sacerdotum & Levitarum; unde S. Maria Mater Christi non renuit offerre sacrificium a Moysi praeceptum, non deterioris autem conditionis esse debere Clericos N. T. Resp. Deus in sacrificiis V. T. etiam pauperum habuit rationem, dum loco agni (qui tamen non adeo magni pretii erat) contentum se fore declaravit pari turturum aut simplicium columbarum *Levit. 12.* Si vero subinde augentur expensis funebres, & exactio dura obtinet, non admissa erga pauperes commiseratione, annon ejulatus & lamenta oriuntur, quæ certe vindictam divinam, qualis Eli temporibus occasione sacrificiorum immissa est, provocabunt? Conqueritur Deus de sacerdotibus V. T. *Malach. 1. v. 10.* Wer ist unter euch, der eine Thür (des Tempels) zuschliesse, (wenn er nicht Genieß davon hat?) Ihr zündet auf meinem Altar kein Feuer an umsonst (ohne eurem grossen Nutzen und Gewinn.) Ich habe keinen Gefallen an euch, spricht der Herr Zebaoth, und das Speiseopfer von euren Händen ist mir nicht angenehm. Adduxa verba Prophetæ cum glossa Vinariensi. (9) Honestam sepulturam non esse parvi pendendam, cum DEVS pro justa poena comminetur asiniam *Jer. 22. v. 19.* Relp. Quid per asiniam (quam & alii canimam vocant) intelligatur, Propheta citato loco satis exponit, nec est, ut aliam comminiscamur. Ex jure potissimum definienda est honesta sepultura, & gratuita maxime statuit honesta; contra, Ius Canonicum exactiōnem pecuniae in exequiis reputat pro crimine Simonis, quod an honestati conveniat, expendant illi, quoties canimam & asiniam crepant sepulturam. (10) Posse facile homines pecuniam colligere & reponere in usum sepulturæ. Resp. Postquam adeo creverunt sumptus funerum, multi non tam facile illos colligere & reponere possunt, præsertim si brevi tempore aliquot funera suorum successive sunt ducenda. (11) Illum, qui exigit,

determinatum salarym, uti jure suo, & sic non facere injuriam. Resp. Videant illi, qui tantum extorquent, an jure suo iuntur; ponamus etiam, constitutionem ecclesiasticam id permettere, circumstantiae tamen sunt examinande, & præsertim ratio pauperum habenda, quoniam non omne in foro externo (humano) justum, est quoque in foro interno (divino) justum, juxta regulam: Summum jus (in foro humano) summa sœpe injuria (in foro divino est.) Ille immitis homo *Maub.* 18. v. 30. etiam utebatur summo jure in foro humano, sed qualem audiavit sententiam in foro divino, vide v. 32. 33. 34.

S. XXXIX.

De concionibus funebribus quedam notantur. Potissimum vero quidam urgent, conciones funebres recte & maximo cum fructu haberit in memoriam defunctorum & excommunicationem viventium. Et cum operarius dignus sit mercere sua, quam etiam adjudicarunt Imperantes nonnulli, & certum quid solvendum statuerunt pro concione sinebri, frustra putant objici gratuitam sepulturam. Enimvero in plerisque locis liberum permititur Lubditus, utrum velint, peculiam institui concionem funebrem, an saltum prælegi formulam quandam monita pia de morte & vita æterna continentem. Utinam vero, si concio funebris eligitur, contenti essent quidam Clerici stipendio ab Imperantibus determinato, nec plus five directe five per indirectum extorquerent! Quid sentendum sit de concionibus funebribus, quales communiter hodie haberit solent, an sint ita necessaria vel utiles, uti a nonnullis venditantur, malumus aliorum cognoscere judicia, quam nostram proferre sententiam. Celeberrimus & religiosissimus Theologus Rostochiensis *B. Henricus Mullerus* in den Geistlichen Erquickstunden num. CCLXXVII, ita statuit: Leich-Predigten, Leichte Predigten, sagt jener, denn es ist ein refrigerium darbey. Ich wolts schier umkehren und sprechen: Leich-Predigten, schwere Predigten, denn sie beschweren Hand und Beutel mit Golde und Silber. O liebliche Beschwerden! sprichst du. So seys dann so, Leich-Predigten, leichte Predigten. Gott erbarum sichs: leicht sind sie, weil sie gehen bey vielen aus einem leichten Sinn. Ist es nicht eine

eine Leichtsinnigkeit, daß du an Gottes statt ein Lügner und falscher Zeuge bist, aus Finsterniß Licht, aus Lastern Tugend machst, lobest was lästerlich ist, und schest den Denkmal auf Gottes Stuhl? Der Tod muß geruhmet seyn, wär er gleich ein Auszug aller Läster in seinem Leben gewesen; sein Geiz muß Sparsamkeit, sein fleischlicher Zorn eicher Eyfer, seine Unflateroy Kurzweil heißen. Er that Unrecht, so sprichst du, er hat Unrecht gelitten: er fluchte, so sprichst du, er hat gebetet. Was richteſt du damit an? Deine leichten Predigten machen leichte lose Leute, die hingehen, sich als Säue im Unflat der Sünden herum welken, verlassen sich drauf, daß dieselne Leichpredigt allen Roth abwaschen werde. Wer wolte Böses meiden, wann es in Gutes kan verwandelt werden, und Ruhm bringen auch nach dem Tode? Glaube mir, daß einem treuen Diener Jesu die Leichpredigten die allerbeschwerlichsten seyn. Denn entweder sagt man die Wahrheit, oder nicht; jenes bürdet Feindschafft auf den Rücken, dieses Angst und Unruh auss Gewissen. Ich meines Orts wolte, daß entweder keinem, oder allen, die es verdienten, Leichpredigten gehalten würden. Jacobus will, daß der Arme nicht weniger in der Gemeine gelten soll, als der Reiche. Wer rühmt aber den Armen nach seinem Tod? Er begehrts nicht, sprichst du. Warum lieber? weil deine Begierde mit Geld nicht zu sättigen ist. Dem Geld hältst du Leichpredigten, und nicht dem Menschen. Kupffern Geld, Kupfferne Seelmesse. Mit einem Wort: Wären unter den Geistlichen keine Geislinge, würde man der Leicht- und Lügenpredigten so viel nicht haben. Sie gebühren nur denen, die in der Barmherzigkeit und Gedult ein sonderbares Muster und Vorbild gewesen, daß man auf sie, als Bergängere andere weiset, und durch ihr Exempel andere aufmuntert, wie von Hiob S. Jacob spricht: Die Gedult Hiobs habt ihr gehöret. Die beste Glocke, so uns im Tode nachleutet kan, ist diese, daß man von uns röhme, was dort der Hauptmann von Christo röhmt: Fürwar dieser war ein frommer Mann, und Gottes Sohn. An diesem Nachrühm, mein Christ, laß dich genügen. Hæc Theologus; jam audiamus Ictum Optimum Brunnemannum, qui in Jure Ecclesiastico Lib. 1. cap. VI. §. XXIII. sic sentit: Merito mibi disciplinuit,


enit, quod in, qui flagitiose vixerunt, & in morbo aliqua signa penitentie edidere, & eati predictentur in concionibus funebribus. Ut tales condemnandi non sint, nec a Regno aeterno excludendi, cum penitentia vera nunquam sit sera, non tamen certum quid de eorum salute pronunciandum. Scandalizantur sani, & eodem modo penitentiam in motum ultimum differunt; & quid proderit defuncto, si beatus predicetur, cum forte non sit aut quid nocet, si bene mortuus, & viro judicium de salute ejus suspendant & iudicio divino committant? Penitentiam dare possumus, inquit Augustinus, securitatem autem non, non quidem dico damnabitur, sed nec dico salvabitur. Vis a dubio liberari? tene certum, & dimite incertum, age penitentiam, dum sanus es; Hec Augustinus. Ideoque non male Dn. Ammersbach encomia funebria, quibus hodie honorantur perversi homines, si modo finaxi sacra usi sint, vocavit volumen volans, den allegenden Briefi de quo Zacb. cap. 5. agitur, nam inde excusatio procedit in superficiem rotius terre, & quisquis furatur ex hoc populo, se innocentem adserit. Defuncto illa canonizationis non profundit, & plerique (nam malorum hominum ubique major copia est) exinde sumunt occasionem se confirmandi in malo. Poterat dici, sperandum bene esse de salute, sed certi quid nihil definitum. Sed opponat mibi aliquis, nullam esse certitudinem alienae salutis, cum etiam vita inculpata cum hypocriti esse potuerit conjuncta. Sed resp. certitudinem habere suos gradus; nam si quis mediis salutis diligenter usus, & inculpate vixit, de ejus salute certior esse possum, vel meliorem spem sovere, quam de eo, qui scelerate vixit & in extremis penitentiam agere vixit est. Notatu quoque digna sunt duo testimonia, a Perillustri Dno. Seryckio in Notis ad hunc Brunnemannii locum adducta, nempe Zahni & Mengeringii, in quibus ostenditur, quot scandala excitentur per laudes defunctorum immodicas, & quod optandum foret, si omnes ejusmodi laudationes in suggestibus sacris omitterentur.

2403650

h078 h078 bad 12



Farbkarte #13



B.I.G.

TATIO IVRIDICA IN AVGURALIS

DE

ULTVRA GRA- CONCEDENDA,

egräbnisse / denen Rechten und der
nach / umsonst und ohne Entgeld ver-
stattet werden sollten/

1708, 40

QVAM,
VENTE DIVINO NVMINE,
E MAGNIFICENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
ELMO HENRICO,
IAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM,
AE, VVESTPHALIAE QVE, &c. &c.
RI ICTORVM ORDINE DECERNENTE,
SVB PRAESIDIO
LIELMI HIERONYMI
VCKNERI, ICTI,
PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROV.
IVRID. ET SCABIN. ASSESSORIS.
C PRAECEPTORIS AETERNUM DEVENERANDI,
PRO LICENTIA
VTROQVE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA
ORALIA LEGITIME CONSEQUENDI,
ERUDITORVM EXAMINI SVBMISIT
ES HENRICVS HEVNISCH.
SVEOVFRTO- FRANCVS.
. XI. FEBR. MDCCVIII.
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS.
EDITIO IV.

AE, TYPIS HELLERIANIS. 1723.